STRABONIS ITINERIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRANCISCUS SCHROETER

MOECKERENSIS.

LIPSIAE

TYPIS EXSCRIPSERUNT THIELE & FREESE.

MDCCCLXXIV

De Strabonis itineribus unus adhuc Groskurdius peculariter exposuit [1]. Quicunque enim ante eum operam ac studium ita in Strabonem contulerunt, ut non solum verba ejus recenserent, emendarent, illustrarent, sed etiam de rebus ad vitam geographi pertinentibus quaererent, quamquam facere non potuerunt, quin itinera ejus commemorarent, tamen hunc locum brevissime tantum tetigerunt [2]. Idem valet in Heerenium, qui praeterea fines itinerum a Strabone factorum omnino adumbrans valde erravit: de quo errore postea erit dicendum [3]. Sed ne Groskurdium quidem, quem Gustavus Kramer singulari Strabonis admiratione atque amore adductum indefesso studio summaque diligentia multos per annos in explicando atque emendando eo elaborasse jure judicavit [4], quaestioni de vita geographi omni ex parte satisfecisse ostendit Josephus Hasenmueller dissertatione illa, qua Strabonis de genere, aetate, magistris accuratissime et optime egit ac satis graves cum aliorum tum Groskurdii his de rebus errores correxit [5]. Hac dissertatione fieri non potuit quin nostrae ea potissimum niterentur, quae ad prima geographi itinera spectant.

Sunt enim, quae Groskurdius de itineribus quoque Strabonis minus recte protulisse videatur. Etenim quod vituperat in Tzschuckio, quem nimis caute in edendo et emendando Strabone egisse arguit [6], id in ipsum recidit, si quaestionem de itineribus geographi respicis, ita ut hac de re plurima nobis adhuc indaganda esse jure Hasenmueller dixerit [7].

Quae quum ita sint, propositum mihi est, eis, quae recte videntur a Groskurdio indagata esse, pauca addere — sic existimanti, operae pretium me facturum esse, si aliqua, quae comprobatione videantur digna esse, investigaverim.

Primum autem quaeratur, quo tempore Strabo singula itinera fecerit. Ac breviter tantum prima ejus itinera commemoranda sunt, cum incidant in ipsam geographi juventutem nec, quando facta sint, post Hasenmuelleri dissertationem ulla possit oriri opinionum dissensio. Septimo enim aetatis anno, i. e. a. a. Chr. n. fere 51., eum Amasia Ponti Nysam Cariae in Aristodemi ludum delatum esse jam constat [8]. Secundo itinere Strabo Nysa Romam venit; id quod ante a. 44. factum sit necesse est, cum geographus se P. Servilium Isauricum, quem illo anno mortuum esse notum est, vidisse narret [9]. Haud dubie autem recte Hasen-

---

1) Strabons Erdbeschreibung etc. Berlin und Stettin. 1831—34. Einl. §. 6, p. XXII ss. Hac Groskurdii commentatione nituntur plurima, quae Forbiger profert: Handbuch der alten Geographie, vol. I. p. 304, adn. 64.

2) Cfr. quae dixit Hopper ap. Friedemannum — edit. Siebenk. — Tzschuck. vol. VII — p. 11; Xylander ibid. p. 17 et 21; Casaubonus ibid. p. 32; G. J. Vossius ibid. p. 40 et 42.

3) Heeren: de fontibus geographicorum Strabonis commentationes duae. Gottingae 1823.

4) Cfr. edit. Kramer. praef. p. VIII.

5) Hasenmueller: de Strab. geogr. vita. Bonnae, 1863.

6) cfr. praef. p. LVII s. — 7) l. l. p. 17.

8) cfr. Hasenm. l. l. pp. 24. ss. Natum esse Strabonem circa a. a. Chr. n. 58 idem probavit p. 20.

9) cfr. Strab. l. XII. p. 567 (edit. Casaub. alter., quam semper sequimur): *τῷ Ἰσαυρικῷ προσαγορευθέντι Πουβλίῳ Σερβιλίῳ, ὃν ἡμεῖς εἴδομεν.* Cfr. praeterea Hasenm. pp. 18 s.

mueller eum eo consilio Romam profectum esse censet, ut ibi Xenarchi disciplina uteretur [1]). Quam tunc viam ingressus sit, non liquet; nisi tamen omnia fallunt, Hasenmuelleri probanda est opinio, qui eum recta via maritima in Italiam profectum esse suspicatur [2]), quippe quem tunc quidem Corinthum non attigisse constet. Hanc enim urbem se vidisse ipse narrat „nuper a Romanis restauratam“ [3]) restaurata autem est ab ipso Caesare paulo ante necem [4]). Sine dubio tum Brundisium navi appulsa in terram egressus est [5]). Unde cum duae paterent viae, altera *ἡμιονικὴ* per Poediculos, Daunos, Samnites Beneventum, altera, quam Appiani dicebant, per Tarentinos et ipsa Beneventum ducens *ἁμαξήλατος μᾶλλον* [6]): hac Appia eum iter Romam perrexisse puto, quippe quae puero quartum decimum fere annum agenti, cum curriculo uti posset, majores praeberet commoditates ad superandas tanti itineris molestiass.

Romae Strabo studiis se dedidit. Quae qualia fuerint cum quoad fieri potest Hasenmueller exposuerit [7]), hanc in rem iterum inquirere supervacaneum est. Perpauca tantum addere liceat. Etenim Strabonem tunc jam studiis geographicis operam dedisse vellem ille confidentius contendisset [8]). Nam praeterquam quod Tyrannio, ejus magister, haud dubie multum in geographicis versatus est [9]), Strabonem ad haec studia deductum esse oportet consuetudine ipsi cum Posidonio intercedente, quae quanta fuerit satis clare Hasenmueller ostendit [10]).

Fuerunt etiam, qui Strabonem Athenodori *Κανανίτου,* Tarso oriundi, disciplina in ipsa hac urbe usum esse dicerent: quam sententiam Hasenmueller refutavit [11]). Potuit autem eis, quae attulit, addere ipsius geographi verba, quae in Tarsi descriptione leguntur (l. XIV. p. 673.): *ἐνταῦθα* — scil. Tarsi — *μὲν οἱ φιλομαθοῦντες ἐπιχώριοι πάντες εἰσί, ξένοι δ' οὐκ ἐπιδημοῦσι ῥᾳδίως.* Itaque sine dubio, ipse si, quamvis non indigena esset, Tarsi litteris studuisset, id silentio vix praeterisset.

Haud dubie Strabo longum aetatis tempus Romae degit. Tyrannionis enim disciplina juvenis ibi usus est post consummatam puerilem institutionem [12]). Quo autem tempore Roma relicta in Asiam reverterit, cum certa desint indicia, non liquet. Hoc tantum constat, eum a. a. Chr. n. 29. per Gyarum Corinthum navigasse, ergo non in Asiam, sed ex hac terra profectum. Antea ubi versatus sit, post-

---

1) Cfr. Hasenm. pp. 19, 26, 27. Huic quominus assentiamur sententiae nil omnino obstat, quamquam errat Hasenmueller, cum ea, quae de Acharacis prope Nysam sitis a Strabone narrentur (l. XIV. p. 649), postulare dicit spectatorem duodecim saltem annorum. Haec recta se haberent, si Strabonem semel dum vivit tum, cum Aristodemi disciplina usus est, Nysae fuisse demonstrari posset. Cum vero constet, geographum etiam adulta aetata itinera per Asiam quam dicimus minorem fecisse, facillime fieri potuit, ut iterum illam in urbem veniret. Deinde constare putat Hasenmueller (p. 26 s.) ex ratione describendorum eorum locorum, in quibus Strabo Xenarchum pueris educandis vacasse dicat, geographum ipsum Seleuciam Ciliciae numquam vidisse. „Descripsit“, inquit p. 27., „regionem ut videtur Artemidorum Ephesium secutus.“ Miro autem errore affert quasi auctorem hujus opinionis Heerenium, cui ipsi Strabo non Artemidorum, sed praeter alios maxime Posidonium in describenda Cilicia secutus esse videtur; cfr. Heeren. de fontt. Strabon. p. 54. (non p. 150, ut Hasenmueller dicit), assentiente Groskurdio (praef. p. XLV.). Unde autem scit Hasenmueller Strabonem numquam Seleuciam vidisse? Quod si tam luculenter, ut illi videtur, e decsriptionis ratione appareret, nemo umquam graecae linguae peritus geographum ibi versatum esse contendisset: quod fecerunt Groskurdius — praef. p. XVIII. —, Creuzer — ann. Vindob. CXI. p. 132 — Malte = Brunius — biogr. univ. XLIV. p. 2. Neque intellego, quod attinet ad illorum locorum descriptionem, qua tandem re cogamur, ut Strabonem illam Ciliciae urbem vidisse negemus.

2) cfr. dissert. ejus p. 17 adn. 1.

3) l. VIII. p. 379: *τὴν τοποθεσίαν τῆς πόλεως .... Κορίνθου .... καὶ αὐτοὶ εἴδομεν νεωστὶ ἀναληφθείσης ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ....*

4) l. VIII. p. 381. L. Lange, ant. Rom. III. p. 464, 2.

5) l. VI. p. 282 s. f. ...... *τὸ Βρεντέσιον, καὶ δὴ καὶ δεῦρο πάντες καταίρουσιν, οἷς εἰς τὴν Ῥώμην πρόκειται ὁδός.*

6) Strab. l. VI. p. 282. s. f. *δύο δέ εἰσι* — scil. *ὁδοί* — *μία μὲν ἡμιονική, διὰ Πευκετίων, οὓς Ποιδίκλους καλοῦσι, καὶ Δαυνίων καὶ Σαυνιτῶν μέχρι Βενεουεντοῦ....* p. 283: *ἡ δὲ διὰ Τάραντος ...., ἡ Ἀππία λεγομένη, ἁμαξήλατος μᾶλλον.*

7) pp. 27. s. — 8) p. 28. s. f. — 9) Hasenm. ibid. — 10) pp. 32. s. — 11) pp. 31. s.

12) cfr. Hasenm. pp. 26. ss.

quam Roma discessit, pro certo dici nequit; haud scio an hoc in temporis spatium incidant itinera geographi per Asiam minorem facta. Per se enim ex eis, quae supra dicta sunt, sequitur prorsus falsam esse Groskurdii opinionem [1]), qui primum per Asiam, deinde per Europam, denique per Africam Strabonem itinera fecisse putat.

Illo igitur anno geographus ex Asia in Graeciam vectus est; narrat enim, se navem ad insulam Gyarum appulisse et hac ab insula una secum legatum iter fecisse ad Augustum, qui tum Corinthi versatus sit *βαδίζων ἐπὶ τὸν θρίαμβον τὸν Ἀκτιακόν* [2]). Quem triumphum cum mense Augusto a. 29. actum esse constet, ante hoc tempus Strabo Corinthum venerit necesse est.

Hoc itinere Groskurdius utitur ad reperiendum annum, quo geographus natus sit [3]). Quam rationem Hasenmueller falsam esse ostendit [4]); nescio tamen, quo jure idem negaverit [5]) Strabonem illo itinere Romam pervenisse: id quod Groskurdius statuit. Etenim hunc fuisse illius itineris finem pro certo neque affirmare licet neque negare [6]).

Jam Aegyptii itineris de tempore quaerendum est. Quod geographum primum constat cum Aelio Gallo fecisse tum Aegypti praefecto [7]). Ergo altera oritur haec quaestio, quonam tempore Gallus praefectura functus sit. Qua de re viri docti omnes quod sciam praeter unum ita consentiunt, ut eum putent tertium fuisse illius provinciae praefectum, alterum Petronium, primum Cornelium Gallum, poëtam illum satis clarum. Theodorus Mommsen unus post Cornelium Gallum non Petronium, sed Aelium Gallum Aegypto praefuisse existimat, hac nisus ratiocinatione.

„Constat“, inquit — cfr. ejus Res gestae Divi Augusti etc. pp. 73, 74, 75. — „Cn. Cornelium Gallum primum Aegypti praefectum rexisse eam ab a. u. c. 724, manus sibi intulisse a. 728; quo autem anno provincia abierit, non traditur neque quicquam obstat, quominus anno certe 727. successorem acceperit. Cornelio statim successisse C. Petronium quamquam plerique statuunt, tamen mibi aliter videtur. Nam ex ordine, quo tres prafectos Cornelium Petronium Aelium nominat Strabo 17, 1, 53, p. 819, nequaquam id efficitur.“

Contra quae pauca jam videntur monenda esse. Primum enim prorsus non video, cur Cornelium Gallum cum Mommseno jam a. 727. ab Aegypti praefectura remotum esse putemus. „Nil obstat, quominus sic statuamus.“ Quid? num hoc dices certum esse argumentum? Immo persuasissimum mihi est, neminem qui aequo animo Dionis de Galli illius exitu relationem perlegerit — cfr. Dio LIII, 23 — aliter judicaturum esse nisi eum fere usque ad mortem praefecturam tenuisse. Idem in Suetonium — Aug. 66 — valet.

Deinde Mommsenus si Strabonem praefectos illos non ex ordine, sed extra

---

1) cfr. praef. p. XII. — 2) Strab. l. X. p. 485. — 3) Grosk. praef. p. XII. — 4) pp. 16.s. — 5) p. 17. in.

6) Videntur tamen esse, quae Groskurdii comprobent opinionem. Constat enim Strabonem Polybii historiam continuasse, incertum tamen est, ad quoduam usque tempus totum perduxerit opus. Cujus finis si bellum inter Octavianum et Antonium gestum fuerit, multum opinor compluribus de causis Strabonis interesse debuit, ut finito illo bello ipse Romae versaretur, ipse cognosceret cum novam reipublicae administrandae rationem tum civium animos, suis ipsius oculis spectaret triumphum Actiacum, quem sine dubio toti suo operi quasi cumulum additurus erat. Ergo causa non defuit satis gravis, qua ut ipso illo tempore Romam peteret adduceretur. Deinde constat Augustum tunc ostendisse rhinocerotem (cfr. Dio. LI, 22. Ceterum haud scio an erraverit narrans, illam primam fuisse ejus generis bestiam, quae Romam perlata sit; Plinio enim teste — hist. nat. VIII, 71 — jam Pompejus rhinocerotem ostendit); jam Strabo cum se ipsum talem bestiam vidisse bis commemoret — l. XVI. p. 774.s. —, omisso tamen hujus rei et loco et tempore, fortasse de ipso illo rhinocerote cogitare licet, qui fuit inter spectacula ab Augusto tunc populo Romano oblata. Ceterum quod Strabo se e mari, ergo navi praetervectum, urbem Cyrenas conspexisse narrat — l. XVII. p. 837 —, id nullum habet, cum nesciamus utrum tunc in Aegyptum versus an ex Aegypto navigaverit, momentum ad comprobandum illam Groskurdii opinionem.

7) cfr. Strab. II. p. 118: *ὅτε γοῦν Γάλλος ἐπῆρχε τῆς Αἰγύπτου, συνόντες αὐτῷ καὶ συναναβάντες μέχρι Συήνης καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων* etc.

ordinem nominasse censet, certe causas hujus sententiae debuit afferre. Quamquam non est, quod nullas afferri miremur: vix enim ullam possis, etiamsi velis, reperire. Contra sunt, si totam illius loci respicis rationem, quae geographum ibi temporis ordinem vol dedita opera servasse indicent. Exemplis enim probaturus mentem cum Aegyptiorum tum finitimarum gentium minime esse bellicosam, res ab Aegypti praefectis contra hos populos gestas commemorat, ita ut dicat: *Γάλλος μὲν γε Κορνήλιος, ὁ πρῶτος .... ἔπαρχος τῆς χώρας* etc. *Πετρώνιός τε ὕστερον* etc. *Γάλλος τε Αἴλιος* etc. et deinde Aethiopicas enarret Petronii expeditiones. Cur, quaero, facta semel Petronii praefecti commemoratione, non statim adjecit harum expeditionum ab eodem factarum narrationem, praesertim cum eis et ipsis quam imbelles essent populi Aegypto finitimi apparuerit? Aut cur non Aelium ante Petronium nominavit, ita ut uno tenore res ab hoc gestae exponerentur? Cur denique illa verba addidit: *ὁ πρῶτος* etc. et *ὕστερον*? Quae omnia sane ejusmodi sunt, ut haud sciam an jure quis Strabonem vel dedita opera in enumerandis illis Aegypti praefectis temporis rationem habuisse contenderit.

Pergens Mommsenus „praeterea autem", inquit, „quae traduntur hoc tantum ostendunt praefectum Petronium fuisse per a. 731. 732. Vacat igitur triennium totum a. 728—730, quod commode tribui potest praefecto C. Aelio Gallo, ita ut in Arabia moratus sit per posteriorem partem anni 729 prioremque a. 730 (hiemavit enim Leucecome et annum vel paullo plus in expeditione consumpsit), rediens inde statim, i. e. extremo a. 730 successorem acceperit, ut par erat rebus infeliciter gestis."

Vacaret sane totum illud triennium et commode posset tribui Aelio Gallo, nisi hac in re humani quid ipsi Mommseno accidisset. Primum enim miro cum errore hoc tantum dicit e fontibus constare, Petronium per a. 731. 732, praefectum fuisse, cum ipse paulo post, ut mox videbimus, Josephi testimonium afferat, quo Petronium jam a. 730. praefectura functum esse certum fit. Num praeterea inde, quod Petronius per a. 731. et 732 praefectus fuit, sequitur, eum non antea jam hanc dignitatem obtinuisse? Id quod tum demum negandum esset, si certo veteris alicujus scriptoris testimonio constaret, eum non ante a. 731. praefecturam suscepisse: qua tamen de re veteres nil rettulerunt.

Sed ut totam de praefecturae illius tempore quaestionem ad certum — ut mihi videtur — finem perducamus, Arabica illa expeditio respicienda est, quam ipsum hunc Gallum, de quo agitur, Caesaris Augusti jussu fecisse constat. Cujus expeditionis de tempore ita dissentiunt viri docti, ut alteri [1]). Gallum anno a. Chr. n. 24. = u. c. 730, alteri [2]) anno antecedente in bellum profectum esse putent.

Rettuteruot illa de expeditione praeter Josephum, qui brevissime tantum eam commemorat — ant. Jud XV, 9, 3 —, cum Plinius — nat. hist. VI, 160 s. — tum Cassius Dio — LIII, 29 —, longe tamen accuratissime Strabo — l. XVI, p. 780. s. —: Plinii autem testimonium cum nil faciat ad tempus expeditionis accuratius definiendum, hac quidem in quaestione omittendum est. Dio igitur — ut hinc exordiamur — expeditionem Arabicam ad decimum Augusti consulatum refert, i. e. ad a. u. c. 730 = a. Chr. n. 24., ita tamen, ut, postquam de aliis rebus tum gestis rettulit, illius expeditionis narrationem his incipiat verbis: *ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, καὶ ἄλλη τις στρατεία καινὴ ἀρχὴν ἅμα καὶ τέλος ἔσχεν* — gravi si quid video cum errore, gravem certe absque Strabone esset errorem movens hunc, quod quicunque illa verba legerit non dubitabit, quin nova illa expeditio unum intra annum peracta sit; at biennium paene, non — ut Mommsenus dicit — „annum vel paullo plus" in ea consumptum esse mox videbimus.

Porro nil omnino Dionis in verbis inest, quo cogamur, ut decimo Augusti consulatu Aelium Gallum in bellum profectum esse censeamus: id quod magni puto momenti esse. Istis enim verbis „*ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο*" a Dione non semper constantissime eum significari annum, qui proxime antea commemoratus

1) Horum e numero cfr. e. c. Grosk. praef. pp. XIII, XXV. Hoeck, röm. Gesch. tom. I. part. I. p. 360. H. Krueger: Der Feldzug des Aelius Gallus etc. p. 49.
2) Praeter Mommsenum (l. l. p. 74) cfr. e. c. Peter, Gesch. Rom's III, p. 25.

est, docemur alio ipsius Dionis loco, ubi postquam bellum Aethiopicum a. u. c. 732. = a. Chr. 22. gestum esse dixit, haec addit: *ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, ὁ Αὔγουστος ἐς Σικελίαν ἦλθεν* (Dio LIV, 6). Atqui insequente demum anno, i. e. a. c. 733 = a. Chr. n. 21. Augustum in Siciliam venisse dudum constat ex eis, quae Dio ipse mox narrat. Hoc ergo apparere puto, Dionem, ut alibi interdum erravit [1]), sic de expeditione Arabica ita retlulisse, ut, quae dicit, errori facile obnoxia videantur nec per se sufficiant ad constituendum illius belli tempus. Nec magis valent ad dijudicandam hanc quaestionem, quae apud Josephum leguntur — ant. Jud. XV, 9, 3 —, quamquam non sunt temere spernenda. Qui brevissime de expeditione illa haec refert: *περὶ δὲ τόν χρόνον ἐκεῖνον*, inquit, *καὶ συμμαχικὸν ἔπεμψε* — scil. Herodes — *Καίσαρι πεντακοσίους ἐπιλέκτους τῶν σωματοφυλάκων, οὓς Γάλλος Αἴλιος περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἦγεν, εἰς πολλὰ χρησίμους αὐτῷ γενομένους.* Antea autem refert de magnis calamitatibus, quibus Palaestina 13. et 14. Herodiani regni annis afflicta est. Quarum gravissimae, fami scilicet maxime terribili, ita subvenisse regem, ut in Aegypto magnam frumenti copiam coëmeret, Petronii adjutus beneficio *τὴν ἐπαρχίαν ἀπὸ Καίσαρος εἰληφότος* [2]). Initium autem anni tertii decimi fuisse constat die 4. mens. April. a. u. c. 729. = a. Chr. n. 25., finem quarti decimi die 3. ejusdem mensis a. u. c. 731 = a. Chr. n. 23; cfr. Wieseler, chronolog. Synopse der 4 Evang. p. 50—54. Mommsen. l. l. p. 73.

De illo Josephi loco agens Mommsenus „narratio haec bipertita“ [3]), inquit p. 75., „cum priore parte (qua de fame exponitur) complectatur res biennii, tantum abest, ut Petronii praefecturam ad a. 729/730. retrahat, ut longe melius conveniat ei quod supra posuimus tempori (putat nimirum, ut jam commemoratum est, extremo a. 730. Petronium Aegypto praefectum esse); nam misisse Herodem in Aegyptum non post priorem, sed post alteram demum messem infelicem, i. e. post aestatem a. 730., satis apparet eoque ipso tempore amicum Herodi Petronium in Aegyptum venisse Josephus nisi dicit, tamen indicat. Redit autem scriptor post narrationem de fame biennii absolutam ad res gestas anni prioris missaque aestate a. 729. ad Gallum subsidia.“

Quorum illud quidem sine dubio verum est, Herodem anno demum 730. ad Petronium de frumento misisse; nonnulla tamen minus videntur comprobanda esse, si ea bene respiciuntur, quae de expeditionibus cum Arabica tum Aethiopicis Strabo narrat, testis longe copiosissimus et locupletissimus, quippe illorum Aegypti praefectorum non solum aequalis, sed qui praeterea circa ipsum illud tempus, quo expeditiones factae sunt, in Aegypto versatus sit; neque ullum est dubium, quin ab ipso Aelio Gallo, familiari suo, de rebus in Arabia gestis certior factus sit, id quod jam Schoenemann contendit [4]). Hinc accuratissima illa totius expeditionis enarratio; hinc ridicula de numero militum ab hostibus occisorum vaniloquentia, quae sane non Strabonis est, sed Aelii Galli; hinc studium illud errores, quos Gallum commisisse quivis facile intellegit, si non negandi, at aliquantulum tegendi et occultandi: quamquam cave putes Strabonem illo studio ut veritatem violaret commotum esse. Sed etiamsi falsa essent, quae modo dicta sunt, si revera igitur geographus familiaritati plus aequo indulsisset et Syllaei potius perfidiae tribuisset quod debuit inertiae Galli tribuere [5]): esset tamen hujus

---

1) cfr. R. Wilmans: de fontt. et auctoritate Dionis Cassii. Berol. 1835. Mommsen l. l. pp. 13, 42.

2) cfr. Jos. ant. Jud. XV, 9, 1: *κατὰ τοῦτον .... τὸν ἐνιαυτόν, τρισκαιδέκατον ὄντα τῆς Ἡρώδου βασιλείας, πάθη μέγιστα* etc. .... *μᾶλλον ἢ κατὰ προσδοκίαν ἐπιτείνοντος τοῦ κακοῦ, καὶ οὐδὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν μόνον .... μηδὲ τὸ δεύτερον ἀνείσης τῆς γῆς.* XV, 9, 2: *ἔπεμπε δ' ἐπ' Αἰγύπτου τὰ χρήματα, Πετρωνίου τὴν ἐπαρχίαν ἀπὸ Καίσαρος εἰληφότος,*

3) scil de fame et de auxiliis.

4) Cfr. Biblioth. d. alt. Litt. u. Kunst, 9. Stück, Gött. 1792, pp. 9. s. et 33.

5) Mihi quidem vel hoc vix concedendum videtur; etenim Arabem illum maxime fuisse versutum ac malignum, a quo cuivis esset cavendum, cum ex eis apparet, quae Strabo postea de eo addit, tum ex eis, quae Josephus narrat ant. Jud. XVI, 7, 6; 9, 10. Cfr. Krueger l. l. pp. 16, 17, 33, 41. Merivale, history of the Romans etc. IV, p. 156. s.

studii aliqua si minus excusatio at explicatio in ipsa illa Strabonis cum Gallo amicitia. Quod contra nil omnino geographi interesse potuit; ut de tempore belli Arabici perperam referret; qua in re nec nocere potuit Gallo veritas nec prodesse mendacium, quandoquidem inertis ducis culpa non tempore, sed ratione gerendi belli judicatur.

Quae quum ita sint, id certe facile puto quemvis concessurum esse: eis Strabonis verbis, quae ad tempus expeditionum cum Arabicae tum Aethiopicarum pertinent, sine ulla dubitatione fidem esse habendam.

Strabo igitur quamvis in enarrandis illis expeditionibus nec Romae nec Caesaris Augusti certum nominet annum, ansas tamen dat ad quaestionem de annis earum computatione solvendam. Initium autem faciendum est Aethiopicis ab expeditionibus, quas duas fuisse et Dio — LIV, 5 — et Strabo — XVII. p. 820. s. — tradunt. Altera autem expeditione finita geographus Candacen Aethiopiae reginam jussu Petronii legatos ad Augustum misisse narrat: quos Samum venisse, *ἐνταῦθα τοῦ Καίσαρος ὄντος καὶ μέλλοντος εἰς Συρίαν ἐντεῦθεν προϊέναι, Τιβέριον εἰς Ἀρμενίαν στέλλοντος* (p. 821.). Ea, quae geographus tum futura fuisse dicit, facta sunt a. u. c. 734. = a. Chr. n. 20. cfr. Dio LIV, 7. Ergo necesse est legati illi adierint Augustum Sami hiemantem a. u. c. 733./34. = a. Chr. n. 21./20., sive exeunte illo, sive ineunte hoc anno: utro enim factum sit, nec liquet nec multum refert; statuamus tamen finem anni u. c. 733. = a. Chr. n. 21. Quid autem magis consentaneum, quam alteram contra Aethiopes expeditionem eodem illo anno, quo legatio de pace ad Augustum missa est, factam esse? Quamquam Mommseno aliter videtur, qui hanc a. u. c. 732. = a. Chr. n. 22., priorem anno antecedenti attribuit. Quae si vera esset opinio, inter alterius expeditionis finem et legationis ad Augustum adventum integer fere intercideret annus: id quod minime probabile est; nam quo tandem modo factum esse dices, ut tantum temporis spatium praeteriret ante missos ad Caesarem legatos? Aut quibus putas Candacen reginam artibus usam esse, ut rem in alterum produceret annum? Praesertim cum adesset Petronius cum copiis, haud sane cunctaturus, si quid contra fidem agi videretur; et quamvis Strabo reginam non statim Petronio paruisse, sed tergiversatam esse indicet, tamen non nimis diu actum esse ejusdem e verbis apparet. Insuper Petronium rem strenue administrasse eo magis consentaneum est, quod paulo ante barbarae reginae perfidiam paene cum praesidii in oppido Premni positi exitio ipse erat expertus, ita ut nullam sine dubio pateretur dilationem nisi quae prorsus esset necessaria.

Porro cum inter utramque expeditionem Aethiopicam haud longum praeterisse temporis intervallum e narratione cum Dionis tum geographi perspicuum sit [1]), prior expeditio quin facta sit anno antecedente alteram nemo quod seiam dubitat. Quae cum ita sint, rectissime C. Peter res a Petronio contra Candacen gestas ad a. u. c. 732. et 733. = a. Chr. n. 22. et 21. videtur referre [2]) — valde tamen errans de Arabicae expeditionis tempore, ut mox apparebit. Irruperunt enim Aethiopes in provinciam Romanam tunc, cum Aelius Gallus cum magna praesidiorum per Aegyptum dispositorum parte in Arabia versaretur; unde quin — ut minimum pnoamus temporis spatium — nono demum mense alterius postquam Cleopatride solverat anni reverterit secundum ea, quae Strabo narrat [3]), non est dubium, i. e. auctumno ejus nisi fallor anni, quo barbari illi primum in Aegyptum irruperunt, ita ut eundem in annum Arabici belli inciderit

1) Cfr. Dio LIV, 5. *ὁ Πετρώνιος ...... ἀνεχώρησε ...... κἀν τούτῳ τῶν Αἰθιόπων τοῖς φρουροῖς ἐπιθεμένων* etc. ... Strabo l. XVII. p. 820. s. .... Petronius .... *ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ..... ἐν τούτῳ .... ἡ Κανδάκη .... ἐπῆλθε.*

2) Gesch. Rom's III, p. 27., Anm.

3) Strab. l. XVI. p. 781. .... Gallus ... *ἠναγκάσθη γοῦν τό τε θέρος καὶ τὸν χειμῶνα διατελέσαι αὐτόθι* — scil. Leucecome —. p. 782. ..... *τὴν δὲ πᾶσαν ὁδὸν ἑξηκοσταῖος ἐξήνυσε κατὰ τὴν ἐπάνοδον, ἀναλώσας ἓξ μῆνας ἐν τῇ ἐξ ἀρχῆς ὁδῷ· ἐντεῦθεν δ' ἐπεραίωσε τὴν στρατιὰν ἑνδεκαταῖος εἰς Μυὸς ὅρμον, εἶθ' ὑπερθεὶς εἰς Κοπτὸν ..... κατῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν.*

finis, Aethiopici initium. Prorsus enim ignoro, quibus argumentis Mommseni nitatur opinio, Aethiopes Syenen occupasse a. u. c. 730, Petronium vero sequente demum anno contra eos profectum esse. Cui opinioni vel hoc obstat, quod Aethiopes, si Petronius tam diu cunctatus esset, multo longius in Aegypto progressi essent.

Ambas autem expeditiones quominus uno eodemque anno initium cepisse statuamus, impedimur — ut alia mittam — monumento Ancyrano, quo eodem „fere“ tempore, ergo non prorsus eodem, exercitus et in Arabiam et in Aethiopiam missos esse docemur [1]).

Hinc efficitur errasse qui Gallum a. u. c. 729. = a. Chr. n. 25. in bellum profectum esse censerent: quorum si vera esset opinio, a. 730. = 24. et Gallum revertisse et Aethiopes primum irrupisse sequeretur, iterum autem a. 731. = 23.: id quod, cum 21. demum a. Chr. n. anno legationem illam Aethiopicam ad Augustum venisse constet, fieri omnino non potuisse ex eis, quae supra dicta sunt, apparere puto. Nec magis recte C. Peter biennium fere intercedere statuit inter expeditionem Arabicam et Aethiopicam priorem — illam enim annis 729. et 730. attribuit, hanc anno 732. — immo uno eodemque anno illa finita est, haec incepta. Ergo cum altera expeditio Aethiopica facta sit a. u. c. 733. = a. Chr. n. 21., prior anno 732. = 22., Gallum, quoniam exeunte hoc ipso anno ex Arabia revertit, omnino biennium paene ibi versatus, necessario sequitur nullo alio anno in bellum profectum esse nisi 731. u. c. = a. Chr. n. 23.

Sponte jam apparet errasse Mommsenum, qui Aelium Gallum a. u. c. 730. = a. Chr. n. 24 propter infelicem expeditionis Arabicae eventum a praefectura remotum esse putat. Ne hoc quidem certum est, num ille tunc, cum expedionem fecit, re vera praefectus Aegypti fuerit. Id quod Dionis e verbis [2]), quae Mommsenus affert, minime sequitur: quae ostendunt quidem, praefuisse Aelium Gallum Aegypto: quo tamen tempore praefuerit, inde non patet. Plinius [3]) autem quod Gallum ex equestri ordine fuisse commemorat, non video qua ratione Mommsenus opinionis suae quasi firmamentum proferat; certe non intellego, quo jure illis Plinii verbis significari dicat Gallum tum praefectum fuisse: immo talis est Plinianorum de Petronio et Gallo locorum ratio, ut facile inde hunc, cum in Arabia versaretur, illo munere non esse functum colligas. Josephi [4]) denique in verbis ni lest, quo aut confirmetur Mommseni opinio aut refutetur nostra.

Quodsi praeterea Mommsenus apparere negat, quo alio nomine Gallus expeditioni illi praefuerit vel adeo praeesse potuerit. nisi praefecturae Aegyptiacae, concedendum sane est certi hac de re nil constare. Potuit tamen Aelius Gallus vel ad hoc ipsum, ut exercitum in Arabiam duceret, mitti ab Augusto, nullum aliud nisi imperii obtinens munus [5]); vel — id quod veri est multo similius — ex eorum esse magistratuum numero, quibus commissa erat ab Augusto Aegypti provinciae administratio [6]). Huc accedit, quod valde dubium est, num ei, qui praeerat Aegypto, provinciae recens demum Romanorum in ditionem redactae, tantum temporis spatium abesse licuerit.

Quae cum ita sint, comprobanda erit Vargesii, Kruegeri, Merivali opinio [7]), Aelium Gallum, dum Petronius praeest Aegypto, exercitum in Arabiam duxisse et finitis expeditionibus Aethiopicis huic ipsi in praefectura successisse, quamvis Arabicum bellum minus bene evenisset. Nam cave putes Gallum propterea apud

1) Cfr. Momms. l. l. p. 73.

2) Dio LIII, 29: *ἐπὶ γὰρ Ἀραβίαν* etc. . . . . . . *Αἴλιος Γάλλος ὁ τῆς Αἰγύπτου ἄρχων ἐπεστράτευσεν.*

3) Plin. VI, 160: Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ex equestri ordine. VI, 181: intravere autem et eo arma Romans divi Augusti temporibus duce P. Petronio et ipso equestris ordinis praefccto Aegypti.

4) Jos. ant. XV, 9, 2: *ἔπεμπε δ᾽ ἐπ᾽ Αἰγύπτου τὰ χρήματα, Πετρωνίου τὴν ἐπαρχίαν ἀπὸ Καίσαρος εἰληφότος.*

5) Haec Merivali videtur esse sententia; cfr. history of the Romans etc. IV, p. 151.

6) Cfr. Strab. XVII. p. 797. — 7) Varges: de statu Aegypti provinciae etc. p. 10, adn. Krueger l. l, p. 46. Merivale l. l. p. 156.

Augustum in offensa fuisse vel potius hunc indignationem publice ostendisse — quae Mommseni opinio est sane speciosa —: immo permultum interfuisse ejus, ut dissimularet cum iram tum malum totius expeditionis eventum, ingeniosissime et — ut mihi quidem videtur — rectissime Merivalus monet [1]).

Ex eis, quae adhuc dicta sunt, veri fit admodum simile, anno u. c. fere 733. = a. Chr. n. 21. exeunte Aelio Gallo praefecturam delatam esse. Cum praefecto autem Gallo jam commemoratum est Strabonem magnum illud per Aegyptum iter fecisse. Quod a. u. c. 734. = a. Chr. n. 20. factum esse Vargesius l. l. nescio unde constare dicit. Quae tamen opinio habet quo commendetur: sane enim praefecti erat, mox provinciae condicionem ac naturam quam accuratissime cognoscere. Illud igitur iter haud scio an inspiciendi causa Gallus fecerit, qua occasione Strabo, familiaris ejus, et ipse usus Nili vallem usque ad fines Aethiopicos peragravit. Etenim falsam esse Groskurdii opinionem, geographum Gallum in bellum proficiscentem prosecutum esse [2]), inde luculenter apparet, quod exercitum Romanum una cum Gallo duce ab urbe Arsinoe seu Cleopatride in occidentali Maris Rubri angulo sita profectum esse constat [3]). Id quod, etiam si non Strabonis e verbis appareret, certa liceret conjectura assequi. Primum enim minime probabile est, ducem aliam viam ingressum esse atque exercitum. Deinde quicunque Alexandria Arsinoen profecturus est, non sane tanto utetur circuitu, ut per Syenam et Phylas iter faciat: id quod fere idem esset ac si quis Mediolano per Messanam Ravennam peteret. Aegyptiacum igitur iter non ante a. u. c. 734. = a. Chr. n. 20. factum esse modo vidimus. Longum autem temporis spatium geographus Alexandriae potissimum commoratus est [4]). Posteriore tempore eum rursus Romae fuisse certum est. Narrans [5]) enim de legatis a Poro seu Pandione, Indorum rege, ad Augustum missis, se e donis ab illis huic oblatis vidisse commemorat *τὸν Ἑρμᾶν* [6]), homunculum sine bracchiis natum. Quae legatio quamquam et ipsa Sami Augustum adiit — iterum enim ibi hiemavit Caesar anno u. cf 734. = a. Chr. n. 20. [7]) —, tamen dona Pori quin Romam delata sint non est dubium. Neque accidit, ut Strabo legatos illos, forte eodem tempore, quo Samum petierunt, domum ex Aegypto revertens, in itinere offenderet et hac occasione oblata *τὸν Ἑρμᾶν* videret [8]); nam alium

---

1) Meriv. l. l. p. 156. „the failure of the expedition must have been a severe mortification to Augustus, whose power rested to so great a degree on the reputation of success; but he threw a veil over id, by retaining and even promoting Gallus in his service, and by refraining from the infliction of punishment on Syllaeus. The one on his return was appointed praefect of Egypt, the other ventured to appear in person at Rome, where he negotiated either for his master, or for himself, but eventually, being detected in a fresh treason, expiated his offence with death."

2) Grosk. praef. p. XIII. „Strabo erzählt ...., dass er bei Gelegenheit des Feldzuges, welchen .... Aelius Gallus .... gegen Arabien ..... unternahm, seine grosse Reise durch Aegypten bis Syene machte." At nusquam Strabo se occasione expeditionis Arabicae oblata illud iter fecisse narrat. Quam opinionem haud scio an Groskurdius propterea conceperit, quod Gallus illo in itinere cum amicorum tum militum copiam secum habuit; cfr. Strab. XVII. p. 816. Sed Aegypti praefecto si libuit, sine dubio etiam licuit tali comitatu instructo per provinciam suam itinera facere, etiam si non in bellum profecturus erat.

3) Strab. XVI. p. 780.: *ὁ δ'* — scil. *Γάλλος Αἴλιος* — *οὐκ ἔλαττον ὀγδοήκοντα ἐναυπηγήσατο δίκροτα ..... κατὰ Κλεοπατρίδα .... οἷς ἔπλευσεν ἔχων περὶ μυρίους πεζούς* etc.

4) Strab. II. p. 101.: ... *ἔγνωμεν ἡμεῖς ἐπιδημοῦντες τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πολὺν χρόνον.*

5) l. XV. pp. 686. et 719.

6) l. XV. p. 719. .... *εἶναι δὲ τὰ δῶρα τόν τε Ἑρμᾶν, ἀπὸ τῶν ὤμων ἀφῃρημένον ἐκ νηπίου τοὺς βραχίονας, ὃν καὶ ἡμεῖς εἴδομεν* ... etc. Hoc nomen illi apparet datum esse propter similitudinem ipsi cum Hermis intercedentem; cfr. Dio LIV, 9.: *μειράκιον .... ἄνευ ὤμων, οἵους τοὺς Ἑρμᾶς ὁρῶμεν.*

7) Dio l. l. .... *ὁ δὲ Αὔγουστος ἔς τε τὴν Σάμον ἐπανῆλθε κἀνταῦθα αὖθις ἐχείμασε .... πάμπολλαι γὰρ δὴ πρεσβεῖαι πρὸς αὐτὸν ἀφίκοντο, καὶ οἱ Ἰνδοί* etc.

8) Hoc modo Nicolaus Damascenuus legationem vidit; cfr. Strab. l. XV. p. 719.: *φησὶ γὰρ οὗτος.* — scil. Nieolaus — *ἐν Ἀντιοχείᾳ ..... παρατυχεῖν τοῖς Ἰνδῶν πρέσβεσιν* etc,

hominem, qui et ipse illi legationi interfuit, non vidit: Zarmanochegam [1]) dico, sapientem illum Indum, qui postea sua voluntate Athenis combustus est; de quo Strabo: *συνῆν δέ*, inquit, *ὥς φησι* — scil. Nicolaus Damascenus — *καὶ ὁ Ἀθήνησι κατακαύσας ἑαυτὸν* etc. [2]) Ergo geographum, cum „*ὥς φησι*" verba addiderit, sequitur ipsum vidisse nec sapientem illum, nec totam omnino legationem, sed solum hunc *Ἑρμᾶν*. Quonam autem alio loco nisi Romae? Falsa ergo Groskurdii opinio est, Strabonem Romae non esse versatum nisi circa annos a. Chr. n. inde a. 29. usque ad 26. vel 25 [3]). Immo vel domicilium ibi videtur collocavisse, non Amasiae in urbe patria, ut Groskurdius putat [4]). Senectutem certe multa sunt quae geographum in capite regni Romani degisse probent: qua de re statim dicendum est.

Imprimis autem praeclaram illam ac suavissimam urbis Romae descriptionem, qua mirum in modum vel nunc afficimur, nemo est — qui quidem sapere velit — quin oculati testis esse videat [5]). In qua cum Liviae porticus, quae a. u. c. 747. = a. Chr. n. 7. dedicata est [6]), commemoretur [7]), necesse est Strabo post hunc annum Romae fuerit.

Praeterea aliarum etiam rerum in occidentalibus regni Romani partibus gestarum geographus peritissimum se praebet. Sic accuratissime refert de anno, ex quo Carni et Taurisci, a Tiberio et Druso a. u. c. 739 — Dio LIV, 22 — devicti, pace servata vectigalia pendant [8]); de regni Romani sua ipsius aetate condicione, descriptione, administratione [9]); de triumpho, quem Germanicus a. p. Chr. n. 17. de Germanis egit [10]). Quem triumphum Creuzer [11]) geographum ipsum vidisse censet, quod contra Groskurdius eum litteris, fortasse libello ad hoc ipsum conscripto et Amasiam misso, illis de rebus certiorem factum esse putat [12]): id quod. quamquam fieri omnino potuit, minime probabile videtur, quamquam Creuzeri opinioni argumentum haud parvi momenti obstare videtur; nam si geographus tum Romae fuit, sine dubio etiam opus ejus hac in urbe prodiit. Romae autem si edita sunt *τὰ γεωγραφικά*, eo magis mirum est, quod tam raro a posterioris aetatis scriptoribus commemorantur. Quid, quod ne Plinius quidem eis usus est? Hujus rei causas reperire viri docti frustra studuerunt, quorum vagas afferre opiniones et longum et inutile est, praesertim cum ne hoc quidem constet, num Strabo ipse opus suum ediderit: inveniuntur sane multa in geographicis, quibus Creuzeri [13]) et Meineckii [14]) comprobetur opinio, geographum opus suum imperfectum reliquisse, morte nimirum impeditum, quominus extremam imponeret manum. Amasiae certe edidisse Strabonem *τὰ γεωγραφικά*, quae se usui omnium virorum litteris eruditorum destinasse ipse dicit [15]), in urbe a sede litterarum tam remota et inter homines illitteratos, id quod Groskurdius putat, minime est veri simile.

Quae cum ita sint, non vereor, ne nimis confidenter agere videatur, qui Strabonem, ut juventutis magnam partem, sic senectutem Romae degisse statuerit. Non enim consentaneum est, senem tam grandem natu, quippe annum fere octogesimum agentem, rursus tot tanti itineris molestias ac pericula subisse et Roma patriam n urbem revertisse.

Haec habui quae de tempore itinerum dicerem; sequitur, ut quaeratur de locis, quae Strabo ipse viderit.

---

1) Dio l. l. refert nomen ei fuisse Zarmaro.
2) l. XV. p. 719. — 3) Grosk. praef. pp. XIX., XXV. — 4) ibid. p. XIX.
5) Strab. V. p. 236. — 6) cfr. Becker, ant. Rom. vol. I, p. 543, adn.
7) Strab. ibid.: *εἴ τις .... ἴδοι δὲ καὶ τὸ Καπιτώλιον καὶ τὰ ἐνταῦθα ἔργα ...... καὶ τὰ ἐν τῷ Παλατίῳ καὶ τῷ τῆς Λιβίας περιπάτῳ* .... etc.
8) Strab. IV. p. 206. .... *ἤδη τρίτον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἐστὶν ἐξ οὗ καθ' ἡσυχίαν ὄντες ἀπευτακτοῦσι τοὺς φόρους.*
9) Cfr. Strab. VI. p. 2:6—288. XVII. p. 839. et 840.
10) Cfr. Strab. VII. p. 291. — 11) Cfr. Wiener Jahrb. CXI, p. 136. — 12) Grosk. praef. XLII.
13) l. l. — 14) Meineke: vindiciae Strabonianae, p. VI. — 15) l. I. p. 13.

Quorum duo sunt genera: alterum eorum, ubi se fuisse plane dicit; alterum genus illa complectitur, quae Strabonem vidisse ex ipsorum descriptione apparet. Quae sicut facile intellegitur non omnia omnino investigari posse, sic multa non dubium est quin reperiri possint. Relictis autem omnibus eis locis, de quibus Strabo num oculatus testis referat dubitetur, ea tantum afferantur, quae geographum ipsum vidisse certioribus ex indiciis apparet. De his, priusquam ad indaganda illa loca aggredimur, pauca dicenda sunt.

Quicunque Strabonis opus vel semel perleget, non animadvertere non poterit, eum in describendis multis locis, quae ipsum vidisse certum est, commemorare, quem praebeant aut adspectum aut prospectum [1]. Sed multo rarius hac in re aliorum sequitur auctoritatem [2]. Quodsi alia etiam loca, ubi num ipse fuerit non plane dicit, describens tale quid narrat, his de locis, si omnino sita sunt in terris quas Strabonem obisse constat, eum oculatum testem loqui potius affirmandum quam negandum esse puto, praesertim si alia accesserint argumenta, quibus illa opinio confirmetur. Cujusmodi esse censeo, quod hic illic comparantur inter se urbes, quales sint natura ac situ vel quae inveniantur in eis res memoria dignae [3]. Deinde cum in describendis terris, regionibus, urbibus tan-

---

1) veluti l. V. p. 222.: *περικλείεται δὲ ὁ λιμὴν* — scil. *Σελήνης* — *ὄρεσιν ὑψηλοῖς, ἀφ᾽ ὧν τὰ πελάγη κατοπτεύονται καὶ ἡ Σαρδὼ καὶ τῆς ἠόνος ἑκατέρωθεν πολὺ μέρος.* p. 323.: *κατοπτεύεται δ᾽ ἀπὸ τῆς πόλεως (Ποπλωνίου) πόρρωθεν μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδώ, ἐγγυτέρω δ᾽ ἡ Κύρνος ..... πολὺ δὲ μᾶλλον τούτων ἡ Αἰθαλία* ..... p. 224,: *καὶ γὰρ εἴ τισιν, ἡμῖν γε οὐκ ἂν ὑπῆρξαν ὁραταὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ᾽ ὅσον σαφεῖς ἑωρῶντο, καὶ μάλιστα ἡ Κύρνος.* p. 225.: *ἀπὸ πάσης δὲ τῆς μεταξὺ Ποπλωνίου καὶ Πίσης ἱκανῶς αἱ νῆσοι κατοπτεύονται.* p. 233.: *ἀνέῳγε τ᾽ ἐνταῦθα* .... inter Tarracinam et Formias — *σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας καὶ πολυτελεῖς δεδεγμένα .... τῶν δὲ σπηλαίων ἐν ὄψει μάλιστα πρόκεινται δύο νῆσοι πελάγιαι, Πανδατερία τε καὶ Ποντία* etc. p. 236.: (Campus Martius describitur) *τὰ περικείμενα ἔργα καὶ τὸ ἔδαφος ποάζον δι᾽ ἔτους καὶ τῶν λόφων στεφάναι τῶν ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου σκηνογραφικὴν ὄψιν ἐπιδεικνύμεναι δυσαπάλλακτον παρέχουσι τὴν θέαν.* p. 238.: *ἐν ὄψει δ᾽ εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε καὶ Πραινεστὸς καὶ Τοῦσκλον.* p. 247.: *ὁ κόλπος ὁ κρατὴρ προσαγορευόμενος .... ἅπας .... ἐστὶ κατεσκευασμένος τοῦτο μὲν ταῖς πόλεσιν ἃς ἔφαμεν, τοῦτο δὲ ταῖς οἰκοδομίαις καὶ φυτείαις, αἳ μεταξὺ συνεχεῖς οὖσαι μιᾶς πόλεως ὄψιν παρέχονται.* l. VIII. p. 377. s. f. *καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀκροκορίνθου κατωπτεύσαμεν τὸ κτίσμα (τὰς Κλεωνάς).* p. 379. s. f.: *ἀπὸ .. τῆς κορυφῆς* — scil. Acrocorinthi — *πρὸς ἄρκτον .... ἀφορᾶται ὅ τε Παρνασσὸς καὶ ὁ Ἑλικὼν* etc. l. XIII. p. 629.: *τὸ Πλουτώνιον ..... πλῆρές ἐστιν ὁμιχλώδους παχείας ἀχλύος ὥστε μόγις τοὔδαφος καθορᾶν.* l. XIV. p. 660.: *Ἀλάβανδα δὲ καὶ αὐτὴ μὲν ὑπόκειται λόφοις δυσὶ συγκειμένοις οὕτως ὥστ᾽ ὄψιν παρέχεσθαι κανθηλίου κατεστρωμένου.* l. XVII. p. 795.: *ἔστι δὲ καὶ Πάνειον* (scil. Alexandriae Aegypti) .... *ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἔστιν ἀπιδεῖν ὅλην τὴν πόλιν ὑποκειμένην αὐτῷ πανταχόθεν.* p. 799.: *οἱ οὖν κυαμῶνες ἡδεῖαν ὄψιν παρέχουσι καὶ τέρψιν τοῖς ἐνευωχεῖσθαι βουλομένοις* etc.

2) Haec exstant exempla huc pertinentia: lib. I. p. 63.: *τά γε ἑῷα (ἄκρα τῆς Βρεττανικῆς καὶ τῆς Κελτικῆς) ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστὶ μέχρις ἐπόψεως, τό τε Κάντιον καὶ αἱ τοῦ Ῥήνου ἐκβολαί;* idem commemoratur l. IV. p, 193.: *πρόκειται δ᾽ αὐτῶν ἡ Βρεττανική, τοῦ μὲν Ῥήνου καὶ ἐγγύθεν ὥστε καθορᾶσθαι τὸ Κάντιον* .... III. p. 159.: *τὸ Ἡμεροσκοπεῖον .... ἔστι ... κάτοπτον ... ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσιν.* p. 142.: (de Baeti agitur) *πρόσεστι δὲ καὶ τὸ τῆς ὄψεως τερπνόν, ἄλσεσι καὶ ταῖς ἄλλαις φυτουργίαις ἐκπεπονημένων τῶν χωρίων.* II. p. 122.: *εἶτ᾽ ὄψις μεγάλου φαίνεται πελάγους.* VII. p. 329. fragm. VI.: *φασὶ δ᾽ ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων σκοπιῶν (τοῦ Βοίου ὄρους) ἀφορᾶσθαι τό τε Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὸ Ἀμβρακικὸν καὶ τὸ Ἰόνιον, πρὸς ὑπερβολὴν οἶμαι λέγοντες.* XII. p. 538.: *ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει .... ἀνέκλειπτον χιόνι τὴν ἀκρώρειαν ἔχοντι, ἀφ᾽ ἧς φάσιν οἱ ἀναβαίνοντες (οὗτοι δ᾽ εἰσὶν ὀλίγοι) κατοπτεύεσθαι ταῖς αἰθρίαις ἄμφω τὰ πελάγη, τό τε Ποντικὸν καὶ τὸ Ἰσσικον.* XVI. p. 759.: *εἶτα Ἰόπη .... ἐν ὕψει δ᾽ ἐστὶν ἱκανῶς τὸ χωρίον, ὥστ᾽ ἀφορᾶσθαί φασιν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα.* p. 765.: *Ἐρατοσθένης .... τὸ στόμα (τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης) φησὶν εἶναι στενὸν οὕτως, ὥστ᾽ ἐξ Ἁρμόζοντος, τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις;* idem refert Strabo, Eratosthenem non nominans, p. 726.

3) Talis comparationis permulta exstant per totum Strabonis opus exempla, quorum nonnulla certe hic afferantur: l. V. p. 246.: *ἔχει δὲ καὶ ἡ Νεάπολις θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς καὶ κατασκευὰς λουτρῶν οὐ χείρους τῶν ἐν Βαίαις, πολὺ δὲ τῷ πλήθει λειπομένας· ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις γεγένηται, συνῳκοδομημένων βασιλείων ἄλλων ἐπ᾽ ἄλλοις, οὐκ ἐλάττων τῆς Δικαιαρχείας.* XII. p. 575.: *ἔστι δ᾽ ἐνάμιλλος* — scil. Cyzicus — *ταῖς πρώταις κατὰ τὴν Ἀσίαν .... μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ εὐνομίᾳ πρός τε εἰρήνην καὶ πόλεμον.* l. XVII. p. 793.: *γνοίη δ᾽ ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ*

tum non omnibus afferri soleat, qualis fuerit earum condicio et pristino et ipsius scriptoris tempore, fieri non potest, quin sexcenties in geographicis particula *νῦν* inveniatur, inserta illa quidem aliquanto saepius earum terrarum descriptioni, quas se obisse Strabo ipse dicit, quam earum, quibus in describendis omnino aliorum auctoritatem sequitur [1]. Sed ex ipsa illius particulae apud geographum frequentatione apparet, hoc propriae ut ita dicam contemplationis indicio non nisi caute et tum demum utendum esse, si vocabulum illud saepius quam alibi usurpatum et quasi cumulatum invenerimus. Tali dicendi genere Strabo utitur in descriptione cum aliorum locorum, tum eorum, quae ad Homericas quaestiones, quas saepe instituisse eum constat, pertinent. Nec mirum; etenim quanti ejus interfuerit, ut quam accuratississime illa loca, veluti Troadem, cognosceret, ex ipsius verbis elucet, quibus quid sibi in tractandis Homericis quaestionibus proposuerit indicat [2]. Sed transeamus jam ad singula.

Itinerum igitur suorum fines Strabo omnino ita adumbrat, ut se occidentem versus ab Armenia usque ad Etruriae loca juxta Sardiniam sita venisse dicat, meridiem versus a Ponto Euxino usque ad fines Aethiopicas [3]. Quae verba Heerenius ita intellexit, ut geographum omnes terras intra illos fines sitas peragrasse putaret [4]: quam opimionem falsam esae Groskurdius ostendit [5], incidens tamen in contrarium atque Heerenius vitium; ille enim fines itinerum nimis extendit, Groskurdius nimis contraxit.

Afferenda jam sunt ea loca, quae geographus se visitasse ipse commemorat: Groskurdii enim enumeratio non undique perfecta est, quippe cui desint nonnulla: unum contra locum falso vir ille huc rettulit, Mylasa Cariae, ubi quin fuerit Strabo quamquam ne ego quidem dubito, tamen nullo verbo se hanc urbem vidisse ipse dicit.

Alexandriae igitur se fuisse refert geographus l. I. p. 58; II. p. 101; XVI. p. 758; in Aegypto II. p. 118; III. p. 175; XI. p. 518; XV. p. 706; XVII. p. 804; Arsinoae XVII. p. 812; in Cappadocia XV. p. 733; Comanis Cataoniae XII. p. 535; Corinthi VIII. pp. 377 et 379; Ephesi XIV. p. 641; Gyari X. p. 485; Heliopoli XVII. p. 806; Hieropoli Phrygiae XIII. p. 630; ad Memnonis statuas XVII. p. 816; Memphi XVII. p. 807; Nysae Cariae XIV. p. 650; Philis XVII. p. 818; Populonii V. pp. 223 et 224; ad Pyramum flumen Ciliciae XII. p. 536; ad pyramides XVII. p. 808; Romae IV. p. 200; VI. p. 273; XIII. p. 381; Syenae XVII. p. 818. His addendae sunt Cyrenae, quas e mari se conspexisse narrat Strabo XVII. p. 837. Facile autem intellegitur, geographum primum non intra muros ejus loci, ubi versabatur, se continuisse, sed circumjacentes etiam regiones visitasse, deinde praeter illas, quae modo enumeratae sunt, etiam multo plures vidisse terras et urbes: complurium enim locorum descriptio

---

Δικαιαρχείᾳ γενόμενος, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς, ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. XVI. p. 750.: (Antiochia Syriae) *οὐ πολὺ λείπεται καὶ δυνάμει καὶ μεγέθει Σελευκείας τῆς ἐπὶ τῷ Τίγρει καὶ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ.* XIV. p. 673.: *τοσαύτη δὲ τοῖς ἐνθάδε* — scil. Tarsi — *ἀνθρώποις σπουδὴ πρός τε φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην παιδείαν ἐγκύκλιον ἅπασαν γέγονεν ὥσθ' ὑπερβέβληνται καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ εἴ τινα ἄλλον τόπον δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ σχολαὶ καὶ διατριβαὶ φιλοσόφων γεγόνασιν.* p. 653.: *ἡ... τῶν Ῥοδίων πόλις .... λιμέσι ... καὶ ὁδοῖς καὶ τείχεσι καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν ἀλλ' οὐδὲ πάρισον, μή τί γε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως.*

1) Particula *νῦν* invenitur apud Strabonem omnino 680ies, neque vero ubique temporali ut ita dicam cum significatione; tempus autem significans, ita ut idem sit atque „hoc temporis puncto“ vel „nostra aetate“ usurpata est omnino 615ies, earum quidem terrarum, quas vidisse se geographus dicit, in descriptione 473ies.

2) l. VIII. p. 337. *λέγω δὲ ταῦτα συμβάλλων τά τε νῦν καὶ τὰ ὑφ' Ὁμήρου λεγόμενα· ἀνάγκη γὰρ ἀντεξετάζεσθαι ταῦτα ἐκείνοις* etc. p. 348.: *ἀνάγκη συνεπισκοπεῖν καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου λεχθέντα καὶ συγκρούειν πρὸς κὰ νῦν.*

3) l. II. p. 117: *ἐπήλθομεν δὲ ἐπὶ δύσιν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας μέχρι τῶν κατὰ Σαρδόνα τόπων τῆς Τυῤῥηνίας, ἐπὶ μεσημβρίαν δὲ ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου μέχρι τῆς Αἰθιοπίας ὅρων.*

4) cfr. de fontt Strab. p. 3. — 5) praf. p. XXIII.

oculatum testem quasi clamitat. Quorum quae maxime sunt tali describendi ratione conspicua jam afferantur. Exordiamur autem ab Italia.

Ubi cum constet geographum per longum temporis spatium versatum esse, non mirum est quod multa oculatum indicant testem. Et recte omnino se habent, quae Groskurdius hac de re dicit[1]): Strabonem vidisse inferioris ac mediae Italiae urbes celeberrimas, imprimis eas, quae ad viam Brundisio Romam ducentem sitae fuerint; deinde regiones mari Tyrrheno finitimas et Etruriam; ultra Populonium autem et Lunam eum non esse profectum.

Etruriae igitur Strabo maritimam potius quam mediterraneam regionem videtur perlustrasse: hujus enim descriptio satis brevis est, illius multo copiosior et accuratior. Lunae autem de situ referens conspici narrat e montibus hujus oppidi portum cingentibus et mare et Sardiniam et magnam utrimque orae partem[2]). Pisas quoque vidit; e toto enim litore inter Populoniam et Pisas sito satis clare conspici commemorat Sardiniam, Corsicam, Ilvam[3]). Praeterea se ipse dicit, cum Populoniam ascenderit — summo enim in monte haec urbs sita erat —, officinas ferrarias et tres illas insulas vidisse[4]). Itaque cum se *μέχρι τῶν κατὰ Σαρδόνα τόπων τῆς Τυῤῥηνίας* pervenisse dicit, illas haud dubie intellegi vult urbes, quas modo commemoravimus. Item Cosam ita describit, ut quin hunc locum viderit vix possit dubitari[5]): Diligentissime autem refert de locis, quae viis publicis, veluti Appiae, Valeriae, Latinae, adjacebant; nec mirum; nam geographum, cum per complures annos Romae versaretur, consentaneum est hac ex urbe tamquam e castris stativis saepius evolasse quoquoversus in regiones circumjacentes, quo melius cognosceret Romanorum terram ac mores. Imprimis Latii descriptio tam accurata est, ut difficillimum sit dijudicatu quaenam loca ipse viderit, quae non. Quam ob rem ea tantum afferantur, in quibus eum fuisse veri simillimum, ne dicam certum, est; sic oculatum testem indicant, quae refert de Antio[6]), de Tarracina[7]) et maxime de ratione, qua inde Romam proficisci solebant[8]); de speluncis ad sinum Cajetanum sitis[9]), de Tibure[10]), Tusculo[11]), Lanuvio[12]); de fano Minervae Aricinae et lacu ibi sito[13]); de lacu Albano[14]). Porro Apuliae complures geographum urbes vidisse maxime consentaneum est; per has enim regiones ducebat *ἡ Ἀππία ὁδός, ἐστρωμένη ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντεσίου, πλεῖστον ὁδευομένη*[15]) etc. Non dubium est, quin hac via ipse Strabo usus sit, quamvis quo in itinere aut quo tempore aut quotiens ad liquidum perduci nequeat. Quam accurate autem noverit urbes illam ad viam sitas, ut unum afferam exemplum maxime perspicuum, Tarenti descriptione docemur[16]).

---

1) praef. p. XXIV.

2) l. V. p. 222. — 3) p. 225. — 4) p. 223: *εἴδομεν δὲ καὶ ταύτας ἡμεῖς ἀναβάντες ἐπὶ τὸ Ποπλώνιον καὶ μέταλλά τινα ἐν τῇ χώρᾳ ἐκλελειμμένα. εἴδομεν δὲ καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὸν σίδηρον τὸν ἐκ τῆς Αἰθαλίας κομιζόμενον.*

5) p. 225. *μετά δὲ τὸ Ποπλώνιον Κόσαι πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης. ἔστι δ' ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλός, ἐφ' οὗ τὸ κτίσμα· ὑπόκειται δ' Ἡρακλέους λιμὴν* etc.

6) p. 232. *νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῖται* (scil. Antium) *τοῖς ἡγεμόσιν εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν, ὅτε λάβοιεν καιρόν, καὶ διὰ τοῦτο κατῳκοδόμηνται πολυτελεῖς οἰκήσεις ἐν τῇ πόλει συχναὶ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιδημίας* etc.

7) 8) p. 233. *προκειται δὲ αὐτῆς* (scil. Tarracinae) *μέγα ἕλος, ὃ ποιοῦσι δύο ποταμοί .... ἐνταῦθα, δὲ συνάπτει τῇ θαλάττῃ πρῶτον ἡ Ἀππία ὁδός* etc. *πλησίον δὲ τῆς Ταῤῥακίνης βαδίζοντι ἐπὶ, τῆς Ῥώμης παραβέβληται τῇ ὁδῷ ἡ Ἀππία διῶρυξ .... πλεῖται δὲ μάλιστα μὲν νύκτωρ, ὥστ' ἐμβάντας ἀφ' ἑσπέρας ἐκβαίνειν πρωίας καὶ βαδίζειν τὸ λοιπὸν τῇ ὁδῷ, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν· ῥυμουλκεῖ δ' ἡμιόνιον.* 9) ibid. *ἀνέῳγέ τ' ἐνταῦθα σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας καὶ πολυτελεῖς δεδεγμένα .... τῶν δὲ σπηλαίων ἐν ὄψει μάλιστα πρόκεινται δύο νῆσοι* etc.

10) 11) p. 238. *Τίβουρα μέν, ἐν ᾗ τὸ Ἡράκλειον καὶ ὁ καταράκτης* etc. *Τοῦσκλον, πόλις οὐ φαύλως κατεσκευασμένη ...., ἔστι λόφος .... δεχόμενος βασιλείων κατασκευὰς ἐκπρεπεστάτας* etc.

12) p. 239. *ὑπέρκειται δ' αὐτῆς* (scil. *Ἀρικίας*) *τὸ μὲν Λανούιον ..... ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἐποπτος ἥ τε θάλαττά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον.*

13) ibid. *τὸ δ' Ἀρτεμίσιον .... ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν* etc. .... *τάς μὲν οὖν πηγὰς ὁρᾶν ἔστιν, ἐξ ὧν ἡ λίμνη πληροῦται* etc. — 14) p. 240. *ἔχει δὲ καὶ τοῦτο* — scil. *τὸ Ἀλβανὸν ὄρος* — *λίμνην πολὺ μείζω τῆς κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον.* — 15) V. p. 233. — 16) VI. p. 278 s.

Nec minus quae de nonnullis Campaniae locis narrantur oculati videntur testis esse; qualia sunt, quae de Cumis legimus, qua in Chalcidensium colonia, quamvis posteriore tempore a barbaris expugnata et pessime habita sit, tamen tunc etiam multa servari refert graeci splendoris graecorumque sacrorum et institutorum vestigia [1]); de lacus Averni prope illa ab urbe siti ripis [2]); de Dicaearchia seu Puteolis: quam urbem vidisse eum apparet cum ex eis, quae ejus de situ ac condicione refert — etenim ejusmodi sunt, qualia nemo nisi qui ipse viderit narret —, tum inde, quod comparat hanc urbem cum Alexandria Aegypti. *Γνοίη δ' ἄν τις*, inquit l. XVII. p. 793., *ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Δικαιαρχείᾳ γενόμενος, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς, ὅσον βαρύτεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν.* Quae verba clare Strabonem ipsum utraque in urbe fuisse ostendunt Balneas visit et Neapolitanas et Bajanas [3]). Nemo denique geographum oculatum testem referre negaverit, qui haec legerit p. 247.: *ἅπας δ' ἐστὶ* — scil. *ὁ κόλπος ὁ κρατὴρ προσαγορευόμενος*, ad quem sitae erant cum aliae tum quae modo commemoratae sunt urbes — *κατεσκευασμένος τοῦτο μὲν ταῖς πόλεσιν, ἃς ἔφαμεν, τοῦτο δὲ ταῖς οἰκοδομίαις καὶ φυτείαις, αἳ μεταξὺ συνεχεῖς οὖσαι μιᾶς πόλεως ὄψιν παρέχονται.* Sunt praeterea, quae Strabonem non minus accurate mediterraneas etiam urbes novisse indicent, velut Capuam et Teanum Sidicinum [4]).

Siciliam et meridianam Italiam visitasse geographum Groskurdius plane negat [5]), secum ipse pugnans, cum eum ex Italia in Aegyptum venisse censeat [6]). Quae si vera est opinio — certi enim hac de re nil constat —, facillime fieri potuit, ut hoc in itinere per fretum Siculum vectus Siciliam videret. Sine dubio enim Dicaearchiae seu Puteolis, cui urbi longe frequentissimum fuisse cum Alexandria commercium ex ipsius Strabonis verbis [7]) apparet, navem conscendit Alexandriam profecturus: quod si factum est, necesse nimirum erat per fretum Siculum navigaret. Sed etiamsi incertum est, quo modo et tempore Siciliae oras viderit: vidisse eum et hanc insulam et meridianas Italiae regiones maxime probabile ac propemodum dixerim certum fit accurata cum illius tum harum descriptione, in qua nonnulla inveniuntur haud ita magni momenti, si per se spectantur, sed quae vix putes a quoquam relatum iri, nisi qui quae refert ipse aut viderit aut suis quaeque locis audiverit. Cujus modi esse censeo, quae Strabo adnotat de insulis Liparaeis, Messana, Tauromenio, Catana [8]). Imprimis tamen quae de Aetna monte, de eruptionum Aetnaearum utilitate, de urbe Aetna narrantur, aperte Strabonem hanc regionem visitasse ibique quae memoriae tradidit comperisse indicant [9]): quamquam etiam sunt, quae ex Posidonio sumpta sint [10]). Illos autem, quos Strabo sibi ipsi montis verticem descripsisse dicit, quosnam putas fuisse nisi urbis Aetnae incolas, quorum erat *παραπέμπειν τοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ*

---

1) p. 243. . . . . *ὅμως δ' οὖν ἔτι σώζεται* — scil. Cumis — *πολλὰ ἴχνη τοῦ Ἑλληνικοῦ κόσμου καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νομίμων.*

2) p. 244. *περικλείεται δ' ὁ Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις ὑπερκειμέναις πανταχόθεν πλὴν τοῦ εἴσπλου, νῦν μὲν ἡμέρως ἐκπεπονημέναις* etc. p. 245 *νυνὶ δὲ τῆς μὲν ὕλης τῆς περὶ τὸν Ἄορνον κοπείσης ὑπὸ Ἀγρίππα* etc.

3) p. 246. *ἔχει δὲ καὶ ἡ Νεάπολις θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς καὶ κατασκευὰς λουτρῶν οὐ χείρους τῶν ἐν Βαίαις, πολὺ δὲ τῷ πλήθει λειπομένας· ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις γεγένηται . . . οὐκ ἐλάττων τῆς Δικαιαρχείας.*

4) p. 248. . . . . *ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μέν ἐστιν ἡ μητρόπολις, κεφαλὴ τῷ ὄντι κατά τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος· τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν κατὰ τὴν σύγκρισιν πλὴν Τεάνου Σιδικίνου· καὶ γὰρ αὕτη ἀξιόλογος* etc.

5) 6) praef. p. XXV. — 7) l. XVII. p. 793.

8) p. 256. (Liparaeae insulae) *εἰσὶ δ' ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ἐν ἀπόψει πᾶσαι καὶ τοῖς ἐκ Σικελίας καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἠπείρου τοῖς κατὰ τὴν Μέδμαν ἀφορῶσι.* p. 268. *οἰκεῖται δ' ἱκανῶς ἡ πόλις* — Messana scil. —, *μᾶλλον δὲ Κατάνη· καὶ γὰρ οἰκήτορας δέδεκται Ῥωμαίους· ἧττον δ' ἀμφοῖν τὸ Ταυρομένιον.*

9) p. 273: *πλησίον δὲ τῶν Κεντορίπων ἐστὶ πόλισμα ἡ . . . . Αἴτνη τοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ ὄρος δεχομένη καὶ παραπέμπουσα. ἐντεῦθεν γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀκρωρείας· ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία* etc. p. 274.: *οἱ δ' οὖν νεωστὶ ἀναβάντες διηγοῦντο ἡμῖν ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλόν* etc.

10) p. 269.: *ὅταν δ', ὁ Ποσειδώνιός φησι, γίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος* etc.

το ὄρος? Cui opinioni non obstat, quod ipsum montem non ascendit: similiter enim postea videbimus geographum Argaeum montem non ascendisse, cum regionem huic monti adjacentem non dubium sit quin viderit.

Asiae enim minoris quam dicimus maximam perlustrasse Strabonem partem cum per se probabile est, quippe patriae suae, tum multis indiciis certum fit. Sic se ipse narrat in Cappadocia vidisse Magorum Persicorum sacra et admirabiles Pyrami fluminis ripas [1]), Comanis autem vel longius videtur temporis spatium versatus esse [2]). Praeterea Mazaca, Cappadociae caput, et Melanem flumen tam accurate describit [3]), ut ipsum vidisse et urbem et flumen appareat, quamvis quae de prospectu ex Argaeo monte prope urbem Mazaca sito refert ex aliorum testimoniis sumpta sint [4]). Neque est, quod Strabonem propterea neglegentiae arguamus; etenim cur Argaeum non ascenderit, intellegitur ex natura et montis et regionis adjacentis, quae periculosissima erat et referta, ut Horatii verbis utar, ignibus suppositis cineri doloso [5]).

Facile autem Strabonem, qui tot viderit terras, regiones, urbes, apparet Pontum patriam omnes in partes perlustrasse. Non mediterraneas solum regiones, ut Phanaroeam [6]), et urbes ibi sitas accuratissime novit, veluti *τὸ Καινὸν χωρίον* [7]), Comana [8]), imprimis vero, ut par est, Amasiam [9]), verum maritimas etiam regiones et urbes ad Ponti Euxini oram sitas [10]).

Porro Bithyniam et Galatiam geographus visitasse videtur; nam quae de Nicaea [11]) et Pessinunte [12]) refert, tali dicendi genere prolata sunt, quale oculatum testum indicet. Item in Mysia quin fuerit vix est dubium; Troadem certe tam copiose et accurate describit, ut vel longius ibi commoratus esse videatur. Homericis autem in quaestionibus geographum jam vidimus hoc sibi proposuisse, ut compararet *τὰ νῦν καὶ τὰ ὑφ' Ὁμήρου λεχθέντα*. Quod ut perageret propositum, ipse illam in regionem iter faceret necesse erat; quo enim alio modo certior fieret de situ Trojae vel de tota terrae Trojanae natura ac condicione, de

---

1) l. XV. p. 733. *ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ (πολὺ γὰρ ἐκεῖ τὸ Μάγων φῦλον* etc.) *οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσιν* etc. *ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς ἑωράκαμεν* etc. l. XII. p. 536.: *παράδοξος δὲ καὶ ἡ διακοπὴ τοῦ ὄρους ἐστὶ δι ἧς ἄγεται τὸ ῥεῖθρον* . . etc. *εἴδομεν . . . . τὰς ὑπερκειμένας τοῦ ποταμοῦ πέτρας* etc.

2) p. 535. *τὰ Κόμανα . . . . κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιδημίαν* etc.

3) p. 538. *Μάζακα . . . . τὰ μὲν ἄλλα ἀφυῆ πρὸς συνοικισμὸν ἔχει πόλεως· ἄνυδρός τε γάρ ἐστι καὶ ἀνώχυρος διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν ἡγεμόνων καὶ ἀτείχιστος* etc. ibid.: *ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς . . . Μέλας καλούμενος . . . . ἐν ταπεινοτέρῳ τῆς πόλεως χωρίῳ τὰς πηγὰς ἔχων . . . . εἰς ἕλη δὲ καὶ λίμνας διαχεόμενος κακοῖ τὸν ἀέρα τοῦ θέρους τὸν περὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ λατομεῖον δὲ ποιεῖ δύσχρηστον καίπερ εὔχρηστον ὄν· πλαταμῶνες γάρ εἰσιν, ἀφ' ὧν τὴν λιθείαν ἔχειν ἄφθονον συμβαίνει τοῖς Μαζακηνοῖς πρὸς τὰς οἰκοδομίας, καλυπτόμεναι δ' ὑπὸ τῶν ὑδάτων αἱ πλάκες ἀντιπράττουσιν* etc.

4) p. 538.: *ἀφ' ἧς* — scil. *τοῦ Ἀργαίου ἀκρωρείας* — *φασιν οἱ ἀναβαίνοντες* etc.

5) ibid.: *πυρίληπτα πεδία καὶ μεστὰ βόθρων πυρὸς ἐπὶ πολλοὺς σταδίου* etc. *οἱ ὑποκείμενοι τῷ δρυμῷ τόποι καὶ αὐτοὶ πολλαχοῦ πυρὰ ἔχουσιν, ἅμα δὲ καὶ ὕφυδροί εἰσι ψυχρῷ ὕδατι* etc.

6) p. 556.: *ἡ Φανάροια . . . . ἐλαιόφυτός ἐστι καὶ εὔοινος καὶ τὰς ἄλλας ἔχει πάσας ἀρετάς* etc. — 7) ibid.: *ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Καινὸν χωρίον προσαγορευθέν, ἐρυμνὴ καὶ ἀπότομος πέτρα* etc. *ἔχει δὲ ἐπὶ τῇ κορυφῇ πηγὴν ἀναβάλλουσαν πολὺ ὕδωρ . . . . τετείχισται δὲ θαυμαστῶς πλὴν ὅσον οἱ Ῥωμαῖοι κατέσπασαν* etc. — 8) p. 559.: *τὰ μὲν οὖν Κόμανα εὐανδρεῖ καὶ ἔστιν ἐμπόριον τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀξιόλογον* etc. *τρόπον γὰρ δή τινα μικρὰ Κόρινθός ἐστιν ἡ πόλις* etc.

9) p. 561.: *ἡ δ' ἡμετέρα πόλις* etc.

10) Cfr. quae de Sinope referuntur p. 545.: *Σινώπη . . . . ἀξιολογωτάτη τῶν ταύτῃ πόλεων* etc., de Pharnacia p. 549.: *ἡ Φαρνακία, κατὰ θάλατταν μὲν ἔχουσα εὐφυΐαν* etc.

11) p. 566.: *ἔστι δὲ τῆς πόλεως . . . . ὁ περίβολος . . . . τετράπυλος ἐν πεδίῳ κείμενος ἐῤῥυμοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς λίθου κατὰ μέσον ἱδρυμένου τὸ γυμνάσιον τὰς τέτταρας ὁρᾶσθαι πύλας.*

12) p. 567.: *Πεσσινοῦς . . . ἐστιν ἐμπόριον τῶν ταύτῃ μέγιστον, ἱερὸν ἔχον* etc. *οἱ δ' ἱερεῖς τὸ παλαιὸν μὲν δυνάσται τινὲς ἦσαν . . . . . νυνὶ δὲ τούτων μὲν αἱ τιμαὶ πολὺ μεμείωνται, τὸ δὲ ἐμπόριον συμμένει· κατεσκεύασται δὲ ὑπὸ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων ἱεροπρεπῶς τὸ τέμενος ναῷ τε καὶ στοαῖς λευκολίθοις . . . . . τὰ παλαιὰ τῶν Φρυγῶν οἰκητήρια . . . . οὐδ' ἴχνη σώζοντα πόλεων, ἀλλὰ κῶμαι μικρῷ μείζους τῶν ἄλλων* etc.

qua alios alia referre ipse dicit [1]? Multa autem exstant indicia, e quibus Strabonem, quamvis se Troadem visisse non plane dicat [2], illa in regione versatum esse apparet [3]. Recte tamen Groskurdius eum mediterranea loca non adisse monet, cum his in describendis aperte Demetrii *Σκηψίου* auctoritatem sequatur. De Cyzico quae narrat Strabo miror Heerenium ex aliorum scriptorum operibus sumpta putare [4]. Cujus opinionis certe causas addere debuit. Fortasse autem ita ut existimaret illo *ἔοικε* commotus est, quod legitur l. XII. p. 575.: *ἔοικε* — Cyzicus scil. — *τῷ παραπλησίῳ τόπῳ κοσμεῖσθαι ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων καὶ Μασσαλιωτῶν καὶ Καρχηδονίων τῶν πάλαι.* At primum ex adjecto illo vocabulo minime sequitur, geographum ipsum illa in urbe non fuisse: immo propterea tantum *ἔοικε* scripsit, quod urbes illae, cum essent certae quaedam inter ipsas rei publicae administrandae similitudines, tamen sine dubio aliis rationibus inter se dissimiles erant. Deinde Strabo non commemorat alios scriptores nisi ubi de antiquitatibus Mysiae et Phrygiae agit [5]; quas postquam magna obscuritate et dubitatione impeditas esse exemplis probavit, ad describendam terrae illius condicionem qualis sua sit aetate transit [6]; et quae narrat, quamvis consulto brevitati studeat [7], accuratissime et sine ulla dubitatione profert [8]. Accedit quod eum terras illi regioni finitimas visitasse constat. Quae cum ita sint, ipsum Strabonem in Mysia quoque fuisse rectius contendendum quam negandum esse videtur [9].

Phrygiam describens Strabo narrat [10] se passeres dimisisse in antrum quoddam ad Hierapolim situm, experturum letalem vim vaporum ex solo illius antri surgentium. Quam ob rem eum alias etiam illius terrae urbes vidisse colligi licet, ut Laodiceam, Apameam, Synnada, praesertim cum haec loca accuratissime noverit [11].

Joniae geographus multas vidit regiones et urbes. Ephesi in Dianae templo nonnulla Thrasonis opera sibi monstrata esse narrat; cfr. l. XIV. p. 641: *ἡμῖν ἐδείκνυτο καὶ τοῦ Θράσωνός τινα* etc. Istud *ἡμῖν* etiamsi ommissum esset, tamen ex accuratissima et urbis et templi et regionum circumjacentium descriptione et e toto

---

1) l. XIII. p. 572.: *οἱ δ' ὕστερον τοὺς ὅρους οὐ τοὺς αὐτοὺς λέγουσι καὶ τοῖς ὀνόμασι χρῶνται διηλλαγμένως.* p. 590.: *οὕτω δ' ἀφανῆ τὰ χωρία ταῦτά ἐστιν, ὥστε οὐδ' ὁμολογοῦσι περὶ αὐτῶν οἱ ἱστοροῦντες* etc.

2) Illud enim *ὁρῶμεν*, quod legimus p. 597 (*τοὺς ὀνομαζομένους τόπους ἐνταῦθα δεικνυμένους ὁρῶμεν*), translato potest sensu accipi.

3) Gravissima tantum afferantur: p. 587.: *κολωνὸς ἔστιν, ἐφ' ᾧ τάφος δείκνυται Μέμνονος* .... p. 588.: *ἐνταῦθα μὲν οὖν οὐδὲν ἱερὸν Ἀδραστείας δείκνυται, οὐδὲ δὴ Νεμέσεως.* p. 598.: *ὅ τε ἐρινεός, τραχύς τις τόπος καὶ ἐρινεώδης, τῷ μὲν ἀρχαίῳ κτίσματι ὑποπέπτωκεν .... τῆς δὲ νῦν πόλεως πάμπολυ ἀφέστηκε· καὶ ὁ φηγὸς δὲ μικρὸν κατωτέρω ἐστὶ τοῦ ἐρινεοῦ* etc. p. 599.: *ὁ νῦν δεικνύμενος τοῦ Αἰσυήτου τάφος* .... ibid. *οὐδὲν δ' ἴχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως.* p. 604. .... *καὶ ἡ νῦν Χρῦσα .... νῦν δ' ἡ Ἀλεξάνδρεια* etc. *ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ νῦν κεῖται ἡ Ἀλεξάνδρεια, Σιγία ἐκαλεῖτο.* p. 605.: *καὶ νῦν ὁ τόπος δείκνυται τῆς πόλεως* — scil. *Πηδάσου — ἔρημος· γράφουσι δέ τινες οὐκ εὖ „ὑπὸ Σατνιόεντι“, ὡς ὑπὸ ὄρει Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως· οὐδὲν δ' ἐστὶν ὄρος ἐνταῦθα Σατνιόεις προσαγορευόμενον, ἀλλὰ ποταμός, ἐφ' ᾧ ἵδρυται ἡ πόλις· νῦν δ' ἐστὶν ἐρήμη.* p. 620.: (*Λάρισα*) *ἡ ... καθ' Ἀμαξιτὸν ἐν ὄψει τελέως ἐστὶ τῷ Ἰλίῳ.* Cfr. Grosk. praef. p. XXIII.

4) Cfr. Heeren. de fontt. Strabonis p. 49.

5) l. XII. p. 571—574.

6) p. 574.: *ὅμως καίπερ τοιούτων ὄντων πειρατέον διαιτᾶν ἕκαστα εἰς δύναμιν .... τὰ δὲ νῦν λεκτέον.*

7) p. 575.: *τὰ μὲν οὖν πολλὰ ἐῶ* etc.

8) ibid.: *ἔστι δὲ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι ἡ Κύζικος συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρός τὴν ἤπειρον* etc. *ἔστι δ' ἐνάμιλλος ταῖς πρώταις τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ πόλις μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ εὐνομίᾳ πρός τε εἰρήνην καὶ πόλεμον* etc.

9) Cfr. praeterea, quae mox de Epheso dicentur.

10) l. XIII. p. 630.: *τῷ δ' εἴσω παριόντι ζώῳ θάνατος παράχρημα ἀπαντᾷ· ταῦροι γοῦν εἰσαχθέντες πίπτουσι καὶ ἐξέλκονται νεκροί, ἡμεῖς δὲ στρουθία ἐπέμψαμεν καὶ ἔπεσεν εὐθὺς ἐκπνεύσαντα.*

11) l. XII. p. 578.: *ἡ δὲ Λαοδίκεια, μικρὰ πρότερον οὖσα, αὔξησιν ἔλαβεν ἐφ' ἡμῶν* etc. p. 577.: *Ἀπάμεια δ' ἐστὶν ἐμπόριον μέγα τῆς ἰδίως λεγομένης Ἀσίας, δευτερεῦον μετὰ τὴν Ἔφεσον* etc. ibid.: *Σύνναδα δ' ἐστὶν οὐ μεγάλη πόλις· .... ἐπέκεινα δ' ἐστὶ τὸ λατόμιον Συνναδικοῦ λίθου (οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην καὶ Δοκιμαῖον)* etc.

dicendi genere [1]) facile posset intellegi, scriptorem oculatum testem loqui. Animadvertendum autem est, Strabonem, quamvis ipse Dianae templum perspexerit, hujus aedificii in descriptione partim Artemidori sequi auctoritatem; cfr. l. XIV. p. 641: *μετὰ δὲ τὴν τοῦ νεὼ συντέλειαν, ὅν φησιν* — scil. Artemidorus — *εἶναι Δεινοκράτους ἔργον ...... μετὰ δ' οὖν τὸν νεὼν τὸ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων πλῆθος εὑρέσθαι ...., τὸν δὲ δὴ βωμὸν εἶναι τῶν Πραξιτέλους ἔργων ἅπαντα σχεδόν τι πλήρη.* Unde sequitur geographum interdum vel ibi oculatum testem referre, ubi aliorum testimoniis utitur: id quod veri simile est non hoc tantum loco factum esse, sed etiam alibi, veluti p. 649 in Acharacorum descriptione: ubi cum antrum esset, in quo morbi quidam sanari credebentur, magna erat aegrotorum frequentia. Strabo autem, quamvis non sit dubium quin et ipse ibi fuerit [2]), tamen „*λέγουσι*", inquit l. l., „*τοὺς νοσώδεις .... φοιτᾶν ἐκεῖσε*" etc. — addita nimirum cur alios antestetur causa; legimus enim p. 650. haec: „*τοῖς δ' ἄλλοις ἄδυτός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ὀλέθριος*". Simili dicendi genere utitur geographus de Cyzico et de Athenis referens.

Praeter Ephesum Miletum et templum Apollinis Didymaei et sinum Latmicum tali modo describit [3]), ut non dubium sit, quin ipse illa loca viderit. Smyrnae [4]) quoque fuit, item Magnesiae ad Maeandrum [5]), Trallibus, Nysae [6]). Nec minus oculatum testem indicant, quae de Sardibus et Philadelphia [7]) referentur, de Mylasis et Alabandis Cariae, de Selga Pisidiae [8]), de Seleucia Ciliciae, de Corycio antro prope hanc urbem sito, imprimis autem de Tarso [9]).

1) l. XIV. p. 633.: *ὁ πρηὼν ὁ ὑπερκείμενος τῆς νῦν πόλεως, ἔχων μέρος τοῦ τείχους αὐτῆς. τὰ γοῦν ὄπισθεν τοῦ πρηῶνος κτήματα ἔτι νυνὶ λέγεται* etc. p. 634.: *ἡ δὲ πόλις ἦν τὸ παλαιὸν περὶ τὸ Ἀθήναιον τὸ νῦν ἔξω τῆς πόλεως ὄν .., ὥστε ἡ Σμύρνα* (locus quidam Ephesi) *ἦν κατὰ τὸ νῦν γυμνάσιον.* p. 641.: *ἡ δὲ πόλις .... αὔξεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐμπόριον οὖσα μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου.*

2) Acharaca enim sita erant *ἐν τῇ ὁδῷ τῇ μεταξὺ τῶν Τράλλεων καὶ τῆς Νύσης:* utramque autem urbem geographus visitavit. Cfr. praterea p. 650.: *πανήγυρις δ' ἐν τοῖς Ἀχαράκοις συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τότε μάλιστα ὁρᾶν ἔστι καὶ ἀκούειν περὶ τῶν νοσούντων τοὺς πανηγυρίζοντας.*

3) p. 634.: *ὅπου νῦν ἡ πάλαι Μίλητος ἐστι* etc. p. 635.: *τοὺς δὲ περὶ Νηλέα ὕστερον τὴν νῦν τειχίσαι πόλιν· ἔχει δὲ τέτταρας λιμένας ἡ νῦν* etc. p. 634.: *τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος .... ὕστερον δ' οἱ Μιλήσιοι μέγιστον νεὼν τῶν πάντων κατεσκεύασαν, διέμεινε δὲ χωρὶς ὀροφῆς διὰ τὸ μέγεθος· κώμης γοῦν κατοικίαν ὁ τοῦ σηκοῦ περίβολος δέδεκται .... κεκόσμηται δ' ἀναθήμασι τῶν ἀρχαίων τεχνῶν πολυτελέστατα* etc. p. 635.: *πρόκειται δ' ἡ Λάδη νῆσος* etc.

4) p. 646.: .... *ἄλλος κόλπος, ἐν ᾧ ἡ παλαιὰ Σμύρνα ἀπὸ εἴκοσι σταδίων τῆς νῦν .... καὶ νῦν ἐστι καλλίστη τῶν πασῶν* ... p. 634.: *οἱ Σμυρναῖοι στρατεύουσιν ἐπὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ νῦν ἔστιν ἡ Σμύρνα* etc.

5) p. 647.: *ἐν δὲ τῇ νῦν πόλει τὸ .... ἱερὸν ἔστιν Ἀρτέμιδος, ὃ τῷ μὲν μεγέθει τοῦ ναοῦ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναθημάτων λείπεται τοῦ ἐν Ἐφέσῳ, τῇ δ' εὐρυθμίᾳ καὶ τῇ τέχνῃ τῇ περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σηκοῦ πολὺ διαφέρει* etc. Cfr. praeterea quae de Anaxenore narrantur p. 648.: *Ἀναξήνορα δὲ τὸν κιθαρῳδόν* etc. Grosk. vol. III. p. 33. adnot.

6) p. 648.: *μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τράλλεις ἐστὶν ὁδὸς* etc. *ὁ δ' αὐτὸς τρόπος τῆς τοποθεσίας καὶ μέχρι Νύσης καὶ Ἀντιοχείας* .... etc. p. 650.: *οὗ διηκούσαμεν ἡμεῖς ἐν τῇ Νύσῃ.*

7) l. XIII. p. 625.: *ὑπέρκειται τῶν Σάρδεων ὁ Τμῶλος, εὔδαιμον ὄρος, ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ σκοπὴν ἔχον, ἐξέδραν λευκοῦ λίθου, Περσῶν ἔργον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται τὰ κύκλῳ πεδία καὶ μάλιστα τὸ Καϋστριανόν* .... p. 628.: *πόλις Φιλαδέλφεια σεισμῶν πλήρης· οὐ γὰρ διαλείπουσιν οἱ τοῖχοι διιστάμενοι καὶ ἄλλοτ' ἄλλο μέρος τῆς πόλεως κακοπαθοῦν· οἰκοῦσιν οὖν ὀλίγοι διὰ τοῦτο τὴν πόλιν, οἱ δὲ πολλοὶ καταβιοῦσιν ἐν τῇ χώρᾳ γεωργοῦντες, ἔχοντες εὐδαίμονα γῆν· ἀλλὰ καὶ τῶν ὀλίγων θαυμάζειν ἔστιν ὅτι οὕτω φιλοχωροῦσιν, ἐπισφαλεῖς τὰς οἰκήσεις ἔχοντες· ἔτι δ' ἄν τις μᾶλλον θαυμάσειε τῶν κτισάντων αὐτήν.* Cfr. etiam p. 579.

8) l. XIV. p. 659.: *τοιγάρτοι στοαῖς τε καὶ ναοῖς εἴ τις ἄλλη κεκόσμηται* — scil. *τὰ Μύλασα* —. *θαυμάζειν δ' ἔστι τῶν ὑποβαλόντων οὕτως ἀλόγως τὸ κτίσμα ὀρθίῳ καὶ ὑπερδεξίῳ κρημνῷ·* p. 660.: *Ἀλάβανδα δὲ καὶ αὐτὴ μὲν ὑπόκειται λόφοις δυσὶ συγκειμένοις οὕτως, ὥστ' ὄψιν παρέχεσθαι κανθηλίου κατεστρωμένου* etc. l. XII. p. 570.: *Σέλγη δὲ ἐξ ἀρχῆς μὲν* etc. *θαυμαστὴ δ' ἐστὶν ἡ φύσις τῶν τόπων· ἐν γὰρ ταῖς ἀκρωρείαις τοῦ Ταύρου χώρα μυριάδας τρέφειν δυναμένη σφόδρα εὔκαρπός ἐστιν, ὥστε καὶ ἐλαιόφυτα εἶναι πολλὰ χωρία καὶ εὐάμπελα, νομάς τε ἀφθόνους ἀνεῖσθαι παντοδαποῖς βοσκήμασι· κύκλῳ δ' ὑπέρκεινται δρυμοὶ ποικίλης ὕλης* etc.

9) l. XIV. p. 676.: *ἔχει δὲ ὁ ποταμὸς ἀνάπλουν εἰς τὴν Σελεύκειαν πόλιν εὖ*

Syriae complures urbes Strabonem visisse Groskurdius recte putat[1], incidens tamen, ut solet, hoc in vitum, quod geographi itinera finibus nimis angustis circumscribit. Sed ipsius Groskurdii verba afferre liceat: „ob er — scil. Strabo — endlich Phönikien, Mesopotamien und das ganze Syrien nebst Palästina bereiset habe, ist vielmehr zu verneinen, als zu bejahen. Einige ziemlich ausführliche Darstellungen beweisen es nicht; denn diese konnte er auch aus Büchern nehmen. Vielmehr beweiset seine grösstentheils dürftige und unsichere Kunde und Beschreibung dieser Länder (mit Ausnahme des nördlichen Küstensyriens) das Gegentheil." Non bene distinxit Groskurdius: neque enim in unum debuit confundere illas terras, quarum Syriam et Mesopotamiam Strabonem visisse luculenter apparet, ceteras non vidisse constat[2]). Hoc tamen Groskurdio concedendum est, geographum nec Syriae nec Mesopotamiae omnes regiones peragrasse, sed utriusque terrae parvam tantum partem. Sed errat nonnullas descriptiones „satis accuratas, quippe quae aliorum ex operibus potuerint hauriri", argumentum praebere negans. Unde enim ipse Strabonem septentrionales Syriae maritimae regiones visitasse scit, nisi ex earum descriptione tam accurata, ut oculatum testem indicet? Praeterea inde, quod potuit Strabo aliorum libris uti, minime sequitur eum revera illus usum esse.

Syriae igitur Laodiceam, Apameam, Aradum geographum vidisse Groskurdius recte dixit[3]). Neque vero minus accurate quam de his de aliis etiam urbibus Strabo refert, ut de Babylone, Seleucia ad Tigrim sita, Ctesiphonte[4]); quam ob rem nescio cur Groskurdius eum illas tantum adisse censeat. Praeterea ipsius Syriae Antiochiae fuisse videtur; comparat enim hanc urbem cum Seleucia ad Tigrim sita et Alexandria Aegypti: id quod vix facturus fuit, nisi ipse has urbes visisset[5]).

Insularum, quae inter Asiam et Graeciam sitae sunt, complures visitasse geographum certum est. Sic Rhodum sine ullo dubio vidit; negat enim se ullam posse afferre urbem, quae quod ad portus, vias, muros, alias hujus generis res attineat, Rhodum adaequet, nedum superet; cfr. l. XIV. p. 652.: *ἡ δὲ Ῥοδίων πόλις .... λιμέσι .. καὶ ὁδοῖς καὶ τείχεσι καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων, ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν ἀλλ' οὐδὲ πάρισον, μή*

συνοικουμένην καὶ πολὺ ἀφεστῶσαν τοῦ Κιλικίου καὶ Παμφυλίου τρόπου etc. *μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα κλίμακα ἔχουσα λατομητὴν ἐπὶ Σελεύκειαν ἄγουσαν.* De Corycio antro ibid.: *ἔστι δὲ κοιλὰς μεγάλη κυκλοτερής* etc. *καταβάντι δ' εἰς αὐτὴν ἀνώμαλόν ἐστιν ἔδαφος καὶ τὸ πολὺ πετρῶδες* etc. Tarsi descriptio legitur p. 673.: *ἡ δὲ Ταρσὸς κεῖται μὲν ἐν πεδίῳ* etc. *διαρρεῖ δ' αὐτὴν μέσην ὁ Κύδνος παρ' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον τῶν νέων* etc.

1) praef. pp. XXV. XLVI.

2) Heerenius nimirum — de fontt. Strab. p. 60. — Strabonem Syriam ac Mesopotamiam visitasse putat; errat tamen cum hoc ex eis certum esse opinetur quae de Sidone referantur: ubi geographum numquam fuisse quivis facile intellegit; cfr. l. XVI. p. 757.: *ἐνταῦθα δέ* — Sidone scil. — *φασι πολυστέγους τὰς οἰκίας* etc.

3) praef. p. XXVI. De Laodicea cfr. l. XVI. p. 751.: *εἶτα Λαοδίκεια, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κάλλιστα ἐκτισμένη καὶ εὐλίμενος πόλις* etc. de Apamea p. 752.: *ἡ δ' Ἀπάμεια καὶ πόλιν ἔχει τὸ πλέον εὐερκῆ· λόφος γάρ ἐστιν ἐν πεδίῳ κοίλῳ τετειχισμένος καλῶς* etc. de Arado p. 753.: *ἡ Ἄραδος .... τοσαύτῃ δ' εὐανδρίᾳ κέχρηται μέχρι καὶ νῦν, ὥστε πολυορόφους οἰκοῦσι τὰς οἰκίας* etc.

4) Babylonis descriptio legitur p. 738. s., e qua haec afferantur: *τὰ λοιπὰ ὠλιγωρήθη καὶ κατήρειψαν τῆς πόλεως τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δ' ὁ χρόνος καὶ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία .... καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρει πλησίον τῆς Βαβυλῶνος .... ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ .. καὶ δὴ καὶ νῦν ἡ μὲν γέγονε Βαβυλῶνος μείζων, ἡ δ' ἔρημος ἡ πολλή, ὥστ' ἐπ' αὐτῆς μὴ ἂν ὀκνῆσαί τινα εἰπεῖν .... „ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις"* etc. p. 743.: *πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν δὲ Σελεύκεια ..... πλησίον δ' ἐστὶ κώμη Κτησιφῶν λεγομένη .... δυνάμει οὖν Παρθικῇ πόλις ἀντὶ κώμης ἐστί* etc. Cfr. praeterea, quae de ratione narrantur, qua Seleucenses domus aedificare solebant p. 739.

5) p. 750.: *οὐ πολύ τε λείπεται* — scil. Antiochia — *καὶ δυνάμει καὶ μεγέθει Σελευκείας τῆς ἐπὶ τῷ Τίγρει καὶ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ.*

τί γὲ κρείττω ταύτης τῆς πόλεως. Nihilo minus Groskurdius dubitat Rhodine fuerit geographus [1]).

Samus etiam et Cos in earum insularum numero sunt, quas Strabo visitavit [2]). Quem praterea per se intellegitur Cycladum peritissinum esse: per has enim Corinthum vectus est, fortasse Trogilio Asiae profectus; accurate, enim narrat, praeter quae loca ei vehantur, qui illinc in Graeciam iter petant [3]). Gyarum [4]) autem jam commemoratum est eum navem appulisse.

Sponte jam eo deducti sumus, ut quaeramus, Graeciae quaenam loca Strabo viderit. Et Corinthi quidem fuisse eum ineunte a. a. Chr. n. 29. supra jam dictum est. Accuratissime autem et satis copiose situm et naturam hujus urbis „nuper a Romanis restitutae [5])" describit. Arcem, unde se Cleonas conspexisse refert [6]), ascendens reliquias muri vidit [7]), quo olim munitum fuerat *ὅσον τῆς πόλεως γυμνὸν ἦν τοῦ ὄρους .... καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ ὁ Ἀκροκόρινθος, ᾗ δυνατὸν ἦν τειχισμὸν δέξασθαι*: quas adhuc exstare Ernestus Curtius testatur [8]).

Maxime autem consentaneum est, Strabonem etiam regiones Corintho adjacentes visitasse, quamvis minime „omnem Graeciam cum insulis" peragraverit: quae Heerenii est opinio [9]). Inveniuntur sane nonnullorum locorum in descriptionibus, quae oculatum testem indicent; qualia sunt, quae de Scironiis saxis narrantur, de Athenis, de Munychia [10]). Nam Athenis quoque geographum fuisse cum Groskurdius [11]) assentiente Forbigero [12]) tum Hasenmueller, [13]) jure putant: quamquam huic opinioni obstare videtur, quod Strabo bis in Athenarum descriptione aliorum auctoritatem secutus est: altero enim loco — l. IX. p. 397. — vituperat Callimachum, qui Eridani aquam talem esse scripserit, qua vel pecudes abstinerent; quam ob rem falso dici virgines Athenienses *ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδανοῖο.* Haec excipiens Strabo „*εἰσὶ μὲν νῦν*", inquit, „*αἱ πηγαὶ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν .... πυλῶν.*" Ergo non ipse Eridani aquam gustavit. Altero loco de inscriptione sepulcro Zarmanochegae sapientis illius, de quo jam dictum est, referens Nicolai Damasceni auctoritate utitur [14]). Hoc

---

1) praef. pp. XXIII. XLV.

2) l. XIV. p. 637.: *ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν* — scil. *Σάμον — ἔστι τὸ Ποσείδιον ... ἐπ' ἀριστερᾷ δὲ τὸ προάστειον τὸ πρὸς τῷ Ἡραίῳ .... καὶ τό Ἡραῖον, ἀρχαῖον ἱερὸν καὶ νεὼς μέγας, ὃς νῦν πινακοθήκη ἐστί· χωρὶς δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐνταῦθα κειμένων πινάκων ἄλλαι πινακοθῆκαι καὶ ναΐσκοι τινές εἰσι πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν· τό τε ὕπαιθρον ὁμοίως μεστὸν ἀνδριάντων ἐστὶ τῶν ἀρίστων· ὧν τρία Μύρωνος ἔργα κολοσσικὰ ἱδρυμένα ἐπὶ μιᾶς βάσεως* etc. p. 657.: *ἡ ... τῶν Κῴων πόλις .... οὐ μεγάλη, κάλλιστα δὲ πασῶν συνῳκισμένη καὶ ἰδέσθαι τοῖς καταπλέουσιν ἡδίστη .... ἐν δὲ τῷ προαστείῳ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἔστι, σφόδρα ἔνδοξον καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν, ἐν οἷς ἔστι καὶ ὁ Ἀπελλοῦ Ἀντίγονος* etc.

3) p. 636.: *τῆς δὲ Τρωγιλίου πρόκειται νησίον ὁμώνυμον· ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐγγυτάτω δίαρμά ἐστιν ἐπὶ Σούνιον ..... κατ' ἀρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι καὶ Κορασσίας, τοὺς δὲ Μελαντίους σκοπέλους ἐξ εὐωνύμων, τὸ λοιπὸν δὲ διὰ μέσων τῶν Κυκλάδων νήσων,*

4) l. X. p. 485.: *ὧν τῇ Γυάρῳ προσορμισθεὶς ἔγνων κωμίον* etc.

5) l. VIII. p. 379.: *τὴν τοποθεσίαν τῆς πόλεως ... αὐτοὶ ... εἴδομεν νεωστὶ ἀναληφθείσης ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων.*

6) p. 377.: *ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀκροκρίνθου κατωπτεύσαμεν το κτίσμα.*

7) p. 379.: *ἡμῖν ἀναβαίνουσιν ἦν δῆλα τὰ ἐρείπια τῆς σχοινίας.*

8) Pelopon. vol. II. p. 525.

9) de fontt. Strab. pp. 3; 34.

10) l. IX. p. 391.: *αἱ Σκειρωνίδες πέτραι πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θαλάττῃ· ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων* etc. *οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν.* p. 375.: *λόφος δ' ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερρονησιάζων καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὥστ' οἰκήσεις δέχεσθαι .... τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα ,... τόν τε Πειραιᾶ* etc. *οἱ πολλοὶ πόλεμοι ... τὸν ... Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν τὴν περὶ .... τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος· τοῦ δὲ ἱεροῦ τά μὲν στοΐδια ἔχει πίνακας θαυμαστοὺς ..... τὸ δ' ὕπαιθρον ἀνδριάντας.*

11) praef. p. XXIV. — 12) Handbuch der alten Geogr. I. p. 304. adn. 64. — 13) de Strab. geogr. vita, p. 27. — 14) l. XV. p. 720.

tamen argumentum nullius momenti est; nam sapiens ille in Europam non venit nisi decimo fere anno postquam Strabo Athenis fuerat. Ad priorem quod attinet locum, Hasenmueller recte putat Strabonem Athenis „peregrinatorem modo spectandi caussa haud diu commoratum [1]" esse. Praeterea autem tam multa illa in urbe exstabant, quae geographi animum adverterent, ut minime mirum sit, si rem illam haud sane gravem non ipse expertus est: qui quamquam dedita opera breviter de Athenis agit [2], tamen quanta admiratione impletus sit innumerabilium artificiorum adspectu, templorum magnificentia, tot et tantarum rerum gestarum memoria ex eis, quae dicit, facile intellegitur.

Vix credibilie est, Strabonem non plura visitasse Graeciae loca quam Corinthum et Athenas. Tamen Elidis tantum de nonnullis locis tam accurate refert, ut eum ibi fuisse contendere liceat: ea potissimum dico, quae de situ Sami, de regione ad Alphei os sita, de Olympia narrantur. Jure igitur Ernestus Curtius geographum illa in terra fuisse censet [3].

Transeamus jam ad Aegyptum. Quo quanam Strabo via venerit dici nequit: hoc unum constare jam supra commemoravimus, vidisse eum e mari Cyrenas: unde sequitur geographum aut ex Italia in Aegyptum aut ex Aegypto in Italiam versus navigasse; sed utro tum navigarit non liquet. Nec magis liquet, num geographus praeter Cyrenas aliam urbem in septentrionali Africae ora sitam viderit.

Contra in Aegypto vestigia paene geographi persequi licet. Nonnulla enim loca sese vidisse dicit, complurium aliorum descriptio talis est, quae oculatum testem indicet. Primum igitur Alexandriae longum temporis spatium versatus est [4], ita tamen, ut non intra muros urbis se contineret, sed adjacentes quoque regiones peragraret: id quod cum per se patet tum ipse significat his verbis: *τὸ πλεῖστον τοῦ ἔργου τούτου* — scil. *τοῦ καθ' ἕκαστα διεξιέναι* — *καὶ τὸ κυριώτατον ἡ Ἀλεξάνδρειά ἐστι καὶ τὰ περὶ αὐτήν·* (l. XVII. p. 791.). *ἔτι δὲ μᾶλλονκατιδεῖν ἔστι τὴν εὐφυίαν ταύτην τῷ περιοδεύοντι τὴν χώραν* etc. (p. 798. s. f.). Sine dubio autem Eleusinem et Canobum vidit, in quibus quanta fuerit tunc incolarum luxuries vividis ut ita dicam coloribus depingit [5]. Heliopoli, cujus templum accurate describitur, aedes vidit, in quibus Plato et Eudoxus habitaverant [6].

Alexandria Nilo subvectus est una cum Aelio Gallo, quocum ipsi magna intercessit familiaritas [7]. Ad celeberrima quaeque loca et memoria maxime digna

---

1) l. l. p. 27.

2) l. IX. p. 396.: *ἀλλὰ γὰρ εἰς πλῆθος ἐμπίπτων τῶν περὶ τῆς πόλεως ταύτης ὑμνουμένων τε καὶ διαβοωμένων ὀκνῶ πλεονάζειν* ... etc. *ἔπεισι γάρ ὅ φησιν Ἡγησίας· ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ περιττῆς τριαίνης* ... *σημεῖον* etc.

3) l. VIII. p. 347.: *οὐ πάνυ δὲ ὑπὸ τῶν τοὺς περίπλους γραψάντων ἡ Σάμος μνημονεύεται, τάχα μέν γε διὰ τὸ πάλαι κατεσπάσθαι, τάχα δὲ καὶ διὰ τὴν θέσιν· τὸ μὲν γὰρ Ποσείδιον ἔστιν ἄλσος, ὡς εἴρηται, πρὸς τῇ θαλάττῃ· ὑπέρκειται δ' αὐτοῦ λόφος ὑψηλὸς ἐπίπροσθεν ὢν τοῦ νῦν Σαμικοῦ, ἐφ' οὗ ἦν ἡ Σάμος, ὥστ' ἐκ θαλάττης μὴ ὁρᾶσθαι· καὶ πεδίον αὐτόθι καλεῖται Σαμικόν.* p. 343.: *μεστὴ ἡ γῆ πᾶσα Ἀρτεμισίων τε καὶ Ἀφροδισίων καὶ Νυμφαίων ἐν ἄλσεσιν ἀνθέων πλέως τὸ πολὺ διὰ τὴν εὐυδρίαν, συχνὰ δὲ καὶ Ἑρμεῖα ἐν ταῖς ὁδοῖς, Ποσείδια δ' ἐπὶ ταῖς ἀκταῖς· ἐν δὲ τῷ τῆς Ἀλφειωνίας ἱερῷ γραφαὶ Κλεάνθους τε καὶ Ἀρήγοντος,* . . . *τοῦ μὲν Τροίας ἅλωσις καὶ Ἀθηνᾶς γονάι, τοῦ δ' Ἄρτεμις ἀναφερομένη ἐπὶ γρυπός, σφόδρα εὐδόκιμοι.* p. 353. *τὸ τοῦ Διὸς ξόανον*— scil. Phidiae — *τηλικοῦτον τὸ μέγεθος ὡς καίπερ μεγίστου ὄντος τοῦ νεὼ δοκεῖν ἀστοχῆσαι τῆς συμμετρίας τὸν τεχνίτην, καθήμενον ποιήσαντα, ἁπτόμενον δὲ σχεδόν τι τῇ κορυφῇ τῆς ὀροφῆς, ὥστ' ἔμφασιν ποιεῖν, ἐὰν ὀρθὸς γένηται διαναστάς, ἀποστεγάσειν τὸν νεών* etc. *δείκνυνται δὲ καὶ γραφαὶ πολλαί τε καὶ θαυμασταί* etc. E. Curtius: Pelop. I. p. 120; II. p. 114. adn. 75.

4) l. I. p. 58.: *ἡμῶν δ' ἐπιδημούντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ* etc. l. II. p. 101.: *ἡμεῖς ἐπιδημοῦντες τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πολὺν χροόνον* etc.

5) l. XVII. p. 800.: *ἔστι δ' αὕτη* — scil. Eleusis — *κατοικία πλησίον τῆς τε Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένη, διαίτας ἔχουσα καὶ ἀπόψεις τοῖς καπυρίζειν βοολσμένοις καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξίν, ἀρχή τις Κανωβισμοῦ καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας.*

6) p. 806.: *ἐν δὲ τῇ Ἡλίου πόλει καὶ οἴκους εἴδομεν μεγάλους* etc. *ἐκεῖ δ' οὖν ἐδείκνυντο* .... *Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί.*

7) Cfr. l. XI. p. 518.: *ἀναπλεόντων δ' ἡμῶν τὸν Νεῖλον.* l. XVII. p. 806.: *ἐξ*

navi appulsa Strabo et Gallus in terram egressi illa loca perlustrasse videntur, veluti Heliopolim, quam urbem jam commemoravimus, Memphim, Thebas. In urbe Arsinoe ad Moeridis lacum sita vel per longius temporis spatium eos versatas esse veri simile est.

Relicta Heliopoli Strabo Babylonem venit, unde pyramides [1]) ad Memphim sitas satis clare conspici narrat; deinde Memphim se contulit, quam accurate describit [2]), ac pyramides inspexit [3]). Inde per pagum Aphroditopoliten in pagum Arsinoiten iter perrexit [4]). Hunc diligenter videtur perlustrasse; copiose certe lacum Moeridis et labyrinthum describit [5]). Arsinoae hospitem suum, virum nobilissimum, narrat crocodilo mansueto, quem incolae ejus urbis venerati sint, per sacerdotes pabulum praebuisse [6]). Ubi geographum, cum hospitio se usum esse commemoret, longius temporis spatium commoratum esse apparet.

Proximus locus, quem Strabo cum accuratius describat ipse videtur visitasse, Abydus est. Longum enim est singillatim enumerare omnes illas urbes, quas navi praetervectus vidit, non intravit, ut Oxyrynchum, Hermopolim, Ptolemaiden. Sed quae illa de urbe referuntur, e propria sane videntur contemplatione hausta esse [7]).

Praeterea Thebis commoratus est et Memnonis statuas visit, quarum sonus qua re efficiatur se nescire libere fatetur [8]). Vidit etiam regum sepulcra prope illas statuas rupibus incisa [9]). Thebis autem Syenen profectus est, unde navi relicta terra iter Philas perrexit [10]): inter utrumque enim locum minor Nili cataracta sita est. Quam a nautis audacibus superari quamquam Strabo fortasse ipse vidit, tamen tuto ire quam aquarum impetu vitae periculum facere maluit. In ipsam insulam Philas rate narrat se transvectum esse, non sine metu, ne undis abriperetur [11]).

Huc usque indefessus peregrinator pervenit; falsa enim Hasenmuelleri sententia est, Strabonem Gallum in Arabiam quoque prosecutum esse. Quod si fecisset, sine ullo dubio non silentio transiret se primum regiones etiamtunc fere ignotas vidisse. Insuper quosnam maxime scriptores secutus Arabiam descripserit, ipse dicit, Eratosthenem scilicet et Artemidorum: quae de re Heerenius recte disseruit [12]).

Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι εἰς τὴν Αἴγυπτον Αἰλίῳ Γάλλῳ τῷ ἡγεμόνι etc. l. II. p. 118.: *ἀνὴρ φίλος ἡμῖν καὶ ἑταῖρος Αἴλιος Γάλλος .... ὅτε γοῦν Γάλλος ἐπῆρχε τῆς Αἰγύπτου, συνόντες αὐτῷ καὶ συναναβάντες μέχρι Συήνης καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων* etc.

1) p. 807.: *ἀφορῶνται δ' ἐνθένδε τηλαυγῶς αἱ πυραμίδες ἐν τῇ περαίᾳ ἐν Μέμφει καί εἰσι πλησίον.*

2) p. 807. s. f.

3) p. 808 : *ἓν δέ τι τῶν ὁραθέντων ὑφ' ἡμῶν ἐν ταῖς πυραμίσιν* etc.

4) p. 809.: *μετὰ δὲ τὴν Μέμφιν Ἄκανθος πόλις ... εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομός .... εἶθ' ὁ Ἡρακλεώτης νομὸς ἐν νήσῳ μεγάλῃ, καθ' ἣν ἡ διῶρύξ ἐστιν .... ἐπὶ τὸν Ἀρσινοίτην νομόν* etc.

5) p. 809.: *θαυμαστὴν δὲ καὶ τὴν λίμνην ἔχει τὴν Μόιριδος καλουμένην* etc. p. 811.: *πρὸς δὲ τούτοις ἡ τοῦ λαβυρίνθου κατασκευή* etc.

6) ibid. p. 812.: *ὁ γοῦν ἡμέτερος ξένος* etc.

7) p. 813.: *ἡ Ἄβυδος. ἐν ᾗ τὸ Μεμνόνιον βασίλειον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον ὁλόλιθον τῇ αὐτῇ κατασκευῇ, ᾗπερ τὸν λαβύρινθον ἔφαμεν. οὐ πολλαπλοῦν δέ .... ἔοικε δὲ ὑπάρξαι ποτὲ ἡ Ἄβυδος πόλις μεγάλη, ... νυνὶ δ' ἐστὶ κατοικία μικρά* etc.

8) p. 816.: *Κἀγὼ δὲ παρὼν ἐπὶ τῶν τόπων ...· ἤκουσα τοῦ ψόφου· εἴτε δὲ ἀπὸ τῆς βάσεως, εἴτε ἀπὸ τοῦ κολοσσοῦ, εἴτ' ἐπίτηδες τῶν κύκλῳ καὶ περὶ τὴν βάσιν ἱδρομένων τινὸς ποιήσαντος τὸν φόφον, οὐκ ἔχω διισχυρίσασθαι.*

9) ibid.: *ὑπὲρ δὲ τοῦ Μεμνονίου θῆκαι βασιλέων ἐν σπηλαίοις λατομηταί* etc. *θαυμαστῶς κατεσκευασμέναι καὶ θέας ἄξιαι.*

10) p. 818.: *ἤλθομεν δ' εἰς Φιλὰς ἐκ Συήνης ἀπήνῃ* etc.

11) ibid.: *τοῦ δὲ καταράκτου μικρὸν ἐπάνω τὰς Φιλὰς εἶναι συμβαίνει.* p. 817.: *ὁ μικρὸς καταράκτης, ἐφ' ᾧ καὶ θέαν τινὰ οἱ σκαφῖται τοῖς ἡγεμόσιν ἐπιδείκνυνται* ... p. 818.: *ἀναπλεύσαντες οὖν .... καταῤῥέουσιν ἐπὶ τὸν καταράκτην καὶ ὠθοῦνται μετὰ τῆς σκάφης ἐπὶ τὸν κρημνὸν καὶ σώζονται σὺν αὐτῇ ἀπαθεῖς.*

ibid.: *διέβημεν δὲ εἰς τὴν νῆσον ἐπὶ πάκτωνος ..... ῥᾳδίως ἐπεραιώθημεν δεδιότες μάτην.*

12) Cfr. Hasenmueller p. 33. Heeren, de fontt. Strab. p. 61.

VITA.

Franciscus Martinus Schroeter natus sum in vico prope Lipsiam sito, cui nomen est Moeckern, die V. mens. Febr. MDCCCXLVI. Quinto decimo aetatis anno scholae provinciali Grimensi, quae tunc Eduardo Wundero rectore florebat, traditus sum, ubi praeter alios magistros Bernardus Aenotheus Dinter, vir cum doctrina et ingenio tum humanitate et clementia praecellens, egregie saluti meae omni ex parte consuluit. Absoluta puerili institutione a. MDCCCLXVI. in academiam Lipsiensem me contuli. Hic primum theologiae operam dedi, sed mox ad philologiam transgressus cum aliorum tum Klotzii, Georgi Curtii, Ritschelii, Zarnckii, imprimis tamen Overbeckii scholas frequentavi; seminarii archaeologici socius per biennium fui. Vere anni MDCCCLXIX. civibus academiae Berolinensis adscriptus praeter alios Kirchhoffium, Hauptium, Friederichsium, Ernestum Curtium audivi atque exercitationibus societatis archaelogicae interfui. Proximo anno Londinium profectus per biennium fere domestici quem dicimus praeceptoris munere functus sum. Ac vix unquam revertissem, nisi pater meus, gravissimo repente afflictus morbo, ut redirem flagitasset. Quem statim reversus complures per menses usque ad mortem, quae exoptata venit seni acerbissimis cruciato doloribus, ea qua par est pietate fovi.

Tum iterum Lipsiae litteris studens per anni fere spatium Ritschelii, Zarnckii, Ecksteinii, Langii, Curtii lectionibus interfui ac superato superioris anni mense Octobri examine, quod omnibus subeundum est, qui scholasticum munus appetere constituerunt, studia continuavi, donec ineunte hoc anno a magistratu Lipsiensi praeceptoris munus mihi commissum est.

Omnibus illis viris, qui aut insigni humanitate et liberalitate aut doctrina et consilio me adjuvarunt, imprimis Dintero atque Overbeckio, ex animo gratias et ago et ut reddere aliquando aliquo modo possim opto.
